SANCTISS. D. N. solicité animadvertens abusus, qui irrepserunt & quotidie irre-pere non cessant in colendis quibusdam cum Sanctitatis aus Martyrij sama, vel opinione defanctis : qui, & si neque Canonizationis, neque Beatificationis honore infignitifint ab Apostolica Sede, eorum tamen Imagines in Oratorijs atque Ecclesijs, alijsque locis publicis,ac etiam privatis, cum laureolis, aut radijs, seu splendoribus proponuntur, miracula & reuelationes, aliaque beneficia à Deo per corum intercessiones accepta, in libris rerum ab ipsis gestarum enarrantur, & ad illorum sepulchra, tabella, imagines & res aliæ ad beneficia accepta testificanda, & lampades & alia lumina apponuntur. Volensque proinde huiusmodi abusibus, pro debito officij pastoralis occurrere, re etiam cum Illustriss. & Reuerendiss. DD. Cardinalibus, contra hæreticas. prauitatem in vniuersa Republica Christiana generalibus Inquisitoribus communicata, & mature considerata ac discussa, Declarauit, statuit & decreuit, ne quorumuis hominum, cum Sanctitatis sen Martyrij fama (quantacumque illa sit) defunctorum Imagines, aliaque prædicta, & quodeumque aliud venerationem & cultum præ se ferens & indicans, in Oratorijs ant locis publicis seu privatis, vel Ecclefijs tam sæcularibus, quam regularibus; cuiuscumque Religionis, Ordinis, Instituti, Congregationis, ant Societatis, apponantur antequam ab Apostolica Sede canonizentur, aut Beati declarentur, & (si quæ appositæ sunt) amoucantur, prout eas statim amoueri mandauit. Ac pariter imprimi de extero inhibuit Libros corumdem hominum, qui Sanctitatis siue Martyrij fama vel opinione (vr præfertur) celebres è vita migrauerint, gesta, mitaoula, vel reuelationes seu quacumque beneficia, tanquam corum intercessionibus à Deo accepta continentes, fine recognitione atque approbatione Ordinarij, qui in iis recognoscendis, Theologos aliosque pios ac doctos Viros in confilium adhibeat, & ne deinde fraus ant error am aliquid nouum ac inordinatum in re tam gravi committatur, negocium instructum ad Sedem Apostolicam transmittat, eiusque responsum expectet : Revelationes verò & miracula, aliaque beneficia supradicta, qua in Libris horum Hominum vitam & gesta continentibus, hactenus fine recognitione atque approbatione huiusmodi, impressa sunt, nullo modo approbata censeri vult, mandatque sua Sanctitas. Ad horum Hominum sepulchra vetuit etiam ac inhibuit, Tabellas, Imagines, ex cera aut argento seu ex alia quaeumque materia, tam pictas quam fictas, arque exseulptas appendi aus affigi, & lampades fine alia quecumque lumina accendi, fine recognitione ab Ordinario omnino, prout supra facienda, Sedique Apostolica referenda, ac probanda. Declarans, quod per suprascripta, præsudicare in aliquo non vult neque intendit iis, qui aut per communem Esclessiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum Virorumque Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolica, vel Ordinarij coluntur. Vt autem pramissa diligentius observentur, vniversis, ac singulis, tam Ordinariis, quam hæretice pravi-



vitatis Inquisitoribus districte præcipit, ve in sua quisque Diœcesi, vel Provincia sed, lò pervigilent, ne fine approbationibus prædictis Imagines cum memoratis fignis exlò pervigilent, ne une approvationnes, ac beneficia prædicta publicentur, aliane contra superius disposita fiant. Transgressores verò, si Regulares sucrito, privationis, provenies disposita fiant. fuorum officiorum, ac vocis activa & passiva, necnon & suspensionis à divinis si venò Clerici faculares, privationis pariter Iuorum officiorum, suspensionis adivinis, arb administratione Sacramentorum, executioneque suorum ordinum respective allique arbitrio prædictorum Ordinariorum few Inquisitorum pro modo culpz infligendis poenis plectendo. Qui autem Libros impresserint aut Imagines pinxerint, suscept. rint quoquomodo, effinxerint, vel formaverint, cæterique Artifices circa pranifi qualitercumque delinquentes, prædicta omnia amirtant, & insuper pecunianis allique etiam corporalibus poenis, iuxta criminis gravitatem corun dem Ordinationo (a Inquisitorum arbitrio infligendis. Contrarijs quibuscunque non obsantibus. Et co præmifforum ignorantia poffir ab aliquo prætendt, voluir, ve Decretum hunimed in illius ex mplum, ad valvas Bafilica Principis Apostolorum Vebis, ac macie Cond Floræ affixum, omnes perinde arctet, atque afficiat, ac fi vnieuique personalitet ini, matum fuisser. Quodque præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notation. blici subscriptis, ac sigillo alicuius personæ in Ecclesiastica dignitate constitute muniris, eadem prorfus fides habeatur, quæ prælentibus haberetur, fi forent exhbir. vel oftenfæ.

Thomasius S. R. & universalis Inquisit.Not.

MINIMOTATOR OF THE CALCART OF THE STATE OF T

HallXXX tor, & different topolehis rabeller

Ferias, Die 18. Septembris MDCXXV.

In Generali Congregatione S. Romana, & Vniverfalis Inquisitionis habita in Palatin Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D. N. D. Vrbano divina provie dentia Papa Octavio, ac Illustrissimis, Reverendissimis DD. S.R.E. Cardinalibus adversus hareticam pravitatem Inquisionibus Generalibus à sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

Sanctissimus D. N. pro debito sui pastoralis ossicij corrigere volens abusenom uni Statu Sedi Apostolicæ mediatè, vel immediatè subtes extentum, qui libros à se compositos extra præfatum Statum absque vila Ordinatiorum & Inquistorum loci vbi degunt, approbatione, imprimendos transmitunt istatut & decreuit, ve in posterum nemo in Statu prædicto degens, cuinsvis conditioris, giadus, ordinis, & dignitatis existat, sibros de quavis materia tractantes, & vbicumque compositos audeat aliò deserre, vel mittere imprimendos sine expressa in setiptis approbatione Illustrissimi & Reverendissimi D. Cardinalis Sanctis. D. N. Vicarij, & Magin Sacri Palatij, si in Vibe; si verò extra Vibem existat, sine Ordinarij & Inquissioni loci illius, siuca ab iis deputatorum facultate & licentia operi præsigenda. Libros autem quos contra præsentis Decreti tenorem imprimi contigerit, præter alias pœ as arbitrio sua Sanctistatis infligendas, absque alia declaratione ex nune prohibet, & procee pressè prohibitis haberi vult, & mandat. Contrarijs quibuscumque non obstatibus, & c.

in aging the coins and education of the coins and aging the coins

10. Antonius Thomasius S. R. Fniuersalis Inquists. No.

XXXIII.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SAGRA Indicis Congregatio infrascriptos libros præsenti Decreto damnat, & pro-Shibet: comnibus ac singulis cuiuscumque gradus, & conditionis, sub pænis in Indice Librorum Prohibitorum contentis mandans; ne eos in posterum imprimere, legere, vel quomodocumque apud se detinere quis audeat, sed à presentis Decreti notitia illos omnes locorum Ordinarijs, seu Inquisitoribus statim, qui eos habuerint, exhibero teneantur. Libri autem sunts

Antidoto contro le calunnie de'Capuccini: Composto per li Fedeli Confessori della

Verità nelle Leghe de'Grigioni.

Apologeticus corum, qui Hollandiæ, Westfrissæq; & vicinis quibusdam Nationibus ex legibus præfuerunt ante mutationem, quæ euenit anno Closo CXVIII. scriptus ab Hugone Grotio; Cum Refutatione corum, quæ adversus ipsum, atque alios acta, ac iudicata sunt.

Editio nova Axiomatum OEconomicorum, accessione multarum novarum Regulatum, multarumque Sententiarum & Exemplorum aucta, & locupletata à Gregorio

Richtero Gorlicio. Einsdemque etiam Axiomata Ecclesiastica.

Casparis Hosmanni Commentarij in Galeni de vsu Partium Corporis Humani Lib. XVII.

Chronica Slauorum, seu Annales Helmoldi, opera Reineri Reinecij. Francosurti apud Wechelum, anno 1581. Cui addita est etiam Historia de Vita Heinrici IV, & Gregorij VII.

Cista Medica ad prælum elaborata à Ioanne Hornungo Rotenburgo-Duberano. Au-

feratur Epistola dedicatoria.

Folium idiomate Gallico conscriptum, de Comparatione Evangelij Papæ, & Christi

circa remissionem peccatorum, & consecutionem vitæ æternæ.

Gerardi de Meynard collectio Controversiarum Forensium Senatus Tolosani, as collatio cum aliis Franciæ Arrestis. Cum Additionibus Hieronymi Bruchner. In qua collectione multa salsa dictus Gerardus, sicut & in Additionibus quoque Bruchnerus, ex propria sententia addunt & assertant.

Geuerharti Elmenhorstij Notæ ad Gennadium Presbyterum Massiliensem de Esclessasticis Dogmatibus, ad veteris cuiusdam Theologi Homiliam sacram, & ad Epi-

stolas Martialis Episcopi Lemovicensis.

Hieronymi Treutleri à Kroschvvitz, necnon Andreæ Schopsij Consiliorum, sive Responsorum Volumina duo.

Einsdem Hieronymi Treutleri, selectarum Disputationum ad Ius Civile Iustinia-

næum, Volumina duo.

Noua quædam editio Historiæ Guicciardini in duobus Voluminibus sacta, apud sacobum Stoër, de anno 1621. absque impressione loci, inscripta. La Historia d'Italia di M. Francesco Guicciardini Gentilhuomo Fiorentino; con le postille in margine delle coso piu notabili, insieme la tauola per ordine d'Alphabeto; con la Vita dell'Autore, di nuouo riueduta & corretta per Francesco Sansouino; con l'aggiunta di quattro vitimi Libri lasciati indietro dall'Autore appresso sacobo Stoër MDCXXI.

Historia Pont ficia Iurisdictionis, Auctore Michaele Roussel, Parisis 1625. apud Ioana

nem & Stephanum Richer.

Hugonis Groti Poëmata collecta, & edita à Fratre Gulielmo Grotio.

Eiusdem de lure Belli ac Pacis.

Instructione fondamentale, se vna Setta duri più ò meno di cent' anni: Similmente, qual sia l'antica e nuoua Fede, e doue auanti la Riformatione essa sia stata. Data in luce dal Signor Gio. Giacomo Breitingero.


Io. Baptista Marini Poëma inscriptum, l'Adone.

Index Probibit. Romanus.

ff

Eiusdem





Ioannis Francisci Spinæ, de Mundi Carastrophe, hoc est, de maxima Remm Mun. danarum Revolutione post annum 1623.

De Legatione Euangelica ad Indos capessenda admonitio Iusti Heurnij,

Duo Libelli famosi, quorum primus inscribitur: Supplica alla Santità di N. Sig Papa Paolo Quinto per varij Cittadini Bolognesi; Impressus Bononia apud Haredes sua less 1619 Et alter inscribitur; Replica d'una Supplica diretta à N. Sig. Paolo Quinto, d'Cre. ditori, in difesa della verità d'essa, & dell'honor de Creditori & altri nominati in ma tal risposta, vscita contro detta Supplica. Francofurti 1620.

La Lucerna di Eureta Misoscolo Academico Filarmonico.

Mythologia Christiana, five Virtutum, & Vitiorum Vita humana Imaginum Libii

Notæ Anonymi cuiusdam Hæretici ad quasdam Epistolas & Carmina Iusti lips, Edita Harderuici.

Noussima Polyanthæa in Libros viginti distributa Iosephi Langii Casare-Mantain Venetijs apud Ioannem Guerilium 1616. Suspensa donec corrigatur.

Paratula in tres priores libros Codicis. Auctore Henrico scorano.

Petri de Vrries, liber inscriptus; Estiuum otium ad repetitionem ritus 235: Magna Curiæ Vicariæ Neapolitanæ.

Promptuarium tam Iuris Civilis, quam feudalis, conscriptum Germanica Balhasa re Klammer, nunc verd multis Quæstionibus & Decisionibus auctum, & locupletius redditum. Opera & studio Ioachini Scheplitz.

Relatione dello stato della Religione, del Caualier Edoino Sandio: traditto delle. glese in linguaggio Italiano.

Roberti Flud, vtriusque Cosmi, maioris scilicet & minoris Metaphysica, Physicat-

que Technica Historia.

Insuper etiam declaratur, ac notificatur omnibus, qualiter Libri Thoma Sanchez Disputationum de Sacramento Matrimonij, multis impressionibus mutilari sunt Tomo certio, Libro octavo, Disputatione seprima, numer. 4. in quibus totus dictus numerus quartus ademptus est. Et ideo omnes Libri prædicti sic mutilati prohibentur, dones prædictus locus ademprus (cuius initium est. At frequentissima at verior sementiabati id posse, Finis vero, Et his diebus in hoc Pratorio Granatensi sent parshac definita es, Subrogetur.

In quorum fidem manu & figillo Illustrissimi & Reverend A. D. Cardinalis Pij præsens Decretum signatum, & munitum fuit. Rome die 17 Februari 1623.

Carolus Card. Pius.

Locus † figilli.


Fr. Franciscus Magdalenus Capiferreus Ordinis Prad. Secret.

Locus ademptus à Thoma Sanchez, & iussu Sac. Congregationis Indicis re-17 stituendus; qui est numerus quartus Disputationis Septima, Libit octaui, Tomi III. de Matrimonio. Sic habens.

Tfrequentissima, ac verior sententia habet id posse Pontificem. Ducitur, quia noixo A origo, ex qua consurgit ve proles sie illegitima, ac subinde incurrat illegitimitatis dunts fine Ecclesiastica sive Secularia est lex Ecclesiastica, qua statutum est, vi id impedimentum in the Matrimonij contractu repertum, illud dirimat: ac ea non stante matrim. fuisset validum. a pulls legitima, nec ea damna incurrisset. At Pontifex potest suam Legem irritare, & revocare qual effectus iure humano ex ea seguntos, & non tantum quoad in posterum incurrendos, efficiales ve non incurrantur, sed eriam quoad iam incursos, abolendo illos, ac si ea lex edita numeros fuisses ve constat ex Classical constat. fuisset, ut constat ex Clement, un de immun. Eccles vbi Clemens V. reuocat quassamput so Sorum Constitutiones etiam quoad effectus antea pradictos, ibi: Quidquid ex ess seguintification per constitutiones etiam quoad effectus antea pradictos, ibi: Quidquid ex ess seguintification vel ob eas, penitus renocamus, & eash aberi volumus pro infectis. Phi Gloffa verb prinfellis,

& ibi Card. num. 6. opposit. 1. Anchar.num. 3. Imol. num. 6. Abb. c, Non debet, in fin. de consang. & affin inde inferunt tantam effe Pontificis potestatem circa ea,que funt iuris politiui , ve possit ea revocare, prout ex tunc quando edita sunt: ac omnes effectus prateritos abolere, ac si nunquam edita fuissent. Ergo sic dispensans Pontifex in radice matrim. idest, initio ipsius, renocando impedimentum, quod ipsum irritanit, ac si nunquam irritasset, efficiet vt dispensatio retrotrahatur ad mairim initium, ac proinde censeatur ac si id mairim, fuisset ab initio validum, nullo impedimento irritante existente: in quo casu proles esset vere legitima quoad omnia. Et confirm. quia hoc non est directe dispensare in lege civili, & effectibus eine, sed indirecte, & per quandam consequentiam. Quia, scilicet, lege ciutli incurrunturea aamna à prole supposita legis Ecele siastica irritantis pradictum matrim. sirmitate : ex qua subsequitum est, vt matrimonium sit irritum, of subinde proles ex eo concepta, illegitima, ac subdita omnibus illegitimitatis damnis iure civili statutis. Cum ergo Pontifex sua dispensatione in ipsa matrimoni; radice tollat directe firmitatem illius legis Ecclesiastica, eamque prorsus aboleat, perinde acsi lex illa nunquam prodifsei, efficiet indirecte, & per quan lam consequentiam, vt ea omnia damna cessent, vtpoie qua ex legis Ecclesiastica sirmitate pendebant. Et adhuc explicatur magis hec ratio. Non enim dicimus, posse nunc Pontificem efficere, ot id matrim. fuerit à principio sirmum, vel nunc incipiat valere absque nouo contrahentium consensu vel vt ex eo non sint segunti effectus iure civili statuti. Hacenimomnia aperte non subsunt Pontificia potestati. Sed tantim dicimus eam esse Pontificis potestatem ut possit dispensando prout ex tunc in ipsa matrim. irriti radice, delere ac reuocare omnia damna quoi unque iure humano inde incursa, ac in eum statum prolem restituere, quem haberet , siex matrim valido orta fu fet. Destructo enim legis Ecclesiastica valore , cui tanquam fundamento illegitimitas, ac catera damna innitebantur, illa omnia corruent. Sed dices hoc tantum probare de damnis iure Pontificio sequutis iure civili. Cum enim nequeat Pontifex in hoc iure dispensare : nequibit quoque in effectibus ex eo consurgentibus. Sed respondeo non posse directe in his dispensare : at posse indirecte & per quandam consequentiam destruendo legem suam Ecclesiasticam, ex qua tanquam ex fundamento illa omnia pendebant. Tandem quia multa possunt sieri indirectie, & per quandam consequentiam, que directe, & principaliter fieri nequeunt; Sicut ius patronatus non potest per se, ac directe vendi absque labe simonia, cin tamen in consequentiam vendatur vendito fundo, cui est annexus. c. Ex literis de iure patr. Sic ergo licet Pontifex nequeat directe dispensare in iure civili, ac eius effectibus; poterit viique indirecte, o per quandam consequentiam, modo exposito. Et ideo huius sent. sunt Ioann. Andr. c. Per venerabilem nu 30 qui fi | fintlegit. o ibi Abb num. 22. Card num. 9 q.1. Anch.num. 21. Alex.de Neuo num. 18. Prapofibi. S. Quad autem, num. 74. id em Abb. c. Literas num. 17. fin. de restit. spoliat. idem Anch.c. vn num 3. de Sponsal. in 6. & Clem. vn. fine de immunit. Eccles. & conf.409.num.5.6.7. Felin.c. Quain Ecclesiarum, num. 21. vers. Secundo amplia, de constit. Curt. Sen. cons. 73. num. 7. Chaffan.cons. 43. num 17. Gulielm. Benedictus c. Raynutius, ver. Et vxorem, in princ.num 202. & 203 de vestam. & refert ita decisum suisse Normandia per Arestum, Brudel. de sponsal concl. 24. num. 2. Iacob. de Puteo referens sic in Rota desifum, decis. 483. num.2. & 3.l 2. Nicol de Vbaldis de Success. ab intest 1.p.num.106. Ant. de Rosellis de legitimat. lib.2 in princ num.19. & 20. Mart. Laudensis de legit.ar.2. num 85. & 96. Boer. decis. 264 num. 26. Cels. cons. 31 num. 7. & triplici seq. Bendictus de Barzis de filits non legit nat. num. 44. Gozadin. conf.6.num.63. Capra confil.1.num.8. Zephal.conf.307.numer.54.col.3. Rosella verb. Illegitimus num 15. Ang. verb. Papa, nu. 4. & verb. Legitimatio, num. 7. Sylu. verb. Papa fine, & verb. Legitim quast. 4. & quast 7. diet.5. Armil verb. Legitimus, num. 3. & ibi Tabiena quast. 2.num.3. Nauar.lib.4.cons.in 1.edit. tit.de sponsal. cons.3. num.12. & num. penult. & tit. Qui filij sint legit.cons.1. num.vn. in 2. e dit. eodem tit. Qui filij sint legit. consil. 21. num. 12. & num. penult. Couar. 4. decret. 2.par. c. 8. § 8. num. 13. Molina l. 3. de primog. c. 2. num. 12. Roi as epitemē success c. 23. numer. 113. Anton. Gabr. tom. 3. commun. opin. l. 6. tit. De legitimatione, concl. 3. num. 1. & 2. Borg. de irreg. 2. p art.tit. De interpretatione, extensione, & restrictione dispensat. numer. 19: Anastas Germon. 2. sacror immunitatib. l. 3. c. 11. num. 105. Maiolus de irreg. l. 1. c. 4. n. 20. Peregrin. de fideicom art. 23. num. 7. & art. 24. num. 80. Humada l. 2. gloss. 10. numer 8. tit. 15. par. 2. Et ex Theologis Enriquez l.11. de Matrimon cap.20. num.2. Lud. Lopez 2. par instruct. vbi de Matrim. c. vlt.col.2.concl.3 Sayro Thefauro Cafuum, tom.1. l. 6.c.10.num.27. & c.11. num.6. Et his diebus in hoc pratorio Granatensi sent. pars hac definita est.

ff 2 SACRÆ



XXXIV.

SACRE CONGREGATIONIS INDICIS

ACRA Indicis Congregatio infrascriptos Libros præsenti Decreto damnat, kapohiber: omnibus, ac singulis cuiuscunque gradus, & conditionis sub poenis in Indico
Librorum Prohibitorum contentis mandans; ne eos in posterum imprimere, legere al
quomodocunque apud se detinere quis audeat, sed à præsentis Decreti notina illos
omnes locorum Ordinarijs, seu Inquisitoribus statim, qui eos habuerint; exhibete teneantur. Libri autem sunt;

Abregè des Memoires donnez au Roy, sur la reunion de l'Ordre & grand-Mailinso de S. Iean de Ierusalem (maintenant de Malthe) à la Couronne, sans porter preindirez la Noblesse de France, sans demembrer le dit Ordre, ny offencer le saint Siege Apo-strolique.

Tractatus inscriptus; Discorso del P. Giouanni Mariana, Giesuita Spagnada, jutomo i grandi Errori, che sono nella forma del gouerno de i Giesuiti.

Dominici Baudij Orationes.

Elucidarium Deiparæ. Auctore Ioanne Baptista Poza.

Francisci Salgado de Somoza, Tractatus de Regia protectione vi oppressonappellantium à causis, & Iudicibus Ecclessasticis.

Illustrium, & clarorum Virorum Epistolæ selectiores superioresæculo senpez, wil Belgis, vel ad Belgas; distributæ in Centurias II.

Io. Baptistæ Marini (oltra l'Adone, & gli Amori notturni, iam prohibita 4 Februarij 1627.) Cantiones duæ; alterius titulus. I Baci; alterius, I Trastulli estui. Il Cametono Prigione horridissima in Napoli, oue su carcerato il Caualier Marino. La Prigionadel Caualier Marino in Torino. Il P. Naso. Ragguaglio de i Costumi della Francia. Sonetto, per vna inondatione del Tebro à Roma, cuius initium; Fossi Città dogni Città degni Città degn

Lexicon Philologicum, præcipuè Etymologicum. Auctore Matthia Martinio in Schola Bremenfi.

Miscellaneorum Theologicorum Libri tres. His insuper accessit, consimilis argumenti, Liber item quartus. Auctore Nicolao Fullero.

Verum inuentum, hoe est, Munera Germaniæ ab ipsa primitus repetta, Authore Michaele Maiero.

In quorum fidem manu, & sigillo Hlustrissimi, & Reuerendisimi Domini Cardinalis Pij præsens Decretum, signatum, & munitum suit. Roma, die 11. Aprilis 1628.

C. Episcopus Albanen. Card. Pius.

Locus † figilli.

Fr. Io. Baptista Marinus Ord. Prad. Secretarius.

MERONIOCHEEL CHOTOPECT CHECKEROSPECTEDER CERCESCHOPER

XXXV.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRA Indicis Congregatio, viso Decreto Sacræ Congregationis Illustrissimorum S.R. E. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum super prohibitione facients omnium Translationum eius dem Sacri Concilij Tridentini e Latina in alias linguas superioris sequentis.

Die 2. Iunij 1629. Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum censuit, Translationes eiuseem Sacri Concilij Tridentini de lingua Latina in Gallicam, vel alias linguas esse prohibitas: ideoque significandum Sacra Congregation Indicais, ve omnino prohibeat Translationes huiusmodi factas, qua absque specialiaudericato

tate huius Sancta Sedis Apostolica impressa sunt.

R. Card. Vbaldinus, Volens prædicta Congregatio Indicis, vepar est, quamprimum huiusmodi prohibitionem executioni mandare, Omnes & quascunque Translationes eiusdem Sacri Concilij quouis idiomate, absque speciali auctoritate, ve supra, factas & impressas, præsenti Decreto prohibet ; Omnibus & singulis cuiuscunque gradus & conditionis, sub ponisin Indice Librorum Prohibitorum contentis mandans, ne cas in posterum imprimere, legere, vel quomodocunque apud se retinete quis audeat, sed à præsentis Decreti notitia, illas omnes locorum Ordinarijs sen Inquisitoribus statim qui cas habuerirexhibere teneatur.

In quorum fidem manu & sigillo Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Pi Congregationis Præfecti, presens Decretum signatum, & munitum fuit Rome, 15. Novembris 1629.

C. Card. Pius Episcopus Albanen.

Loco † figilli.

Fr. 10. B. Marinus Ord. Pred. Secr.

encueramento de la composição de la comp

Imperators Indianal Defend IVXXX

Entitols S. Virginis Maria ad Meffarence Couled allo purme in

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRA Indicis Congregatio Eminentissimorum, & Reuerendiss. DD. S. R. E. Cardinalium infrascriptos Libros damnat & prohibet, mandans omnibus & singulis cuinscumque gradus & conditionis sub pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis, ne vllus in posterum eos imprimere, legere, aut quouis modo apud se retinere audeat; & si quis aliquos illorum habuerit, vt statim omnes à præsentis Decres. noritia locorum Ordinarijs seu Inquisitoribus consignet. Libri autem sunt.

Ioannis Baptistæ Pozæ Societatis Iesu Cantabri Opera omnia.

Libellus Anonymus inscriptus; Memorial à los luezes de la Verdad, y Doctrina. Libellus Anonymus inscriptus; Libellus quidam supplex, cui titulus, Ad Indices Veritatis & Doctrina, defenditur.

Liber inscriptus. San &islimo D.N. Vrbano Papa Octavo. Natio, & Cognatio Cantabrica Ioannis Baptista Poza à Societate Iesu, in causa judiciali Tomi primi Elucidarij, cuius initium est. Beatistime Pater, Cantabricum Dominium & Cognatio Ioannis Bapiista Poza e Societate lesu ad pedes Vestra Sanctitatis absecti partes indicialis defensionis tomi primi

Liber inscriptus; Sanctissimo Domino D. N. Vrbano Papæ Octavo. Cognatio Cantabrica Ioannis Baprista Pozel è Societate Iesu in causa iudiciali Tomi primi Elucidarij, cuius inicium est. Beatisime Pater, Doctor D. Ioannes de Vribe, & Yarza, nomine coonationis Cantabrica Ioannis Baptista Poza Societate Tesu ad pedes Vestra Sanctitatis abiectus partes iudicialis defensionis tomi primi Elucidarij vliro suscipit.

Libellus sine Titulo, cuius initium: Senor, Et Doctor Don Inan de Vribe, y Yarza en sus nombre, y en el de los Parientes, y Deudos del Padre Ioan. Baptista Poza de la Compagnia de lesus.

Ecquicumque alij Tractatus, Apologia, Informationes, Libelli supplices, vel quouis alio nomine expressi pro defensione Elucidarij Despara, sine doctrina prafati Ioannis Baptista Poza, tampralo mandati, quam manuscripti.

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Pij Sacræ Congregationis Præfecti, præfens Decretum fignatum, & munitum fuit Roma, Die nona Septembris 1632.

C. Episcopus Portuen. Card. Pius. 140 190 190

Locus † figilli.

Fr. 10. B. Marious Ord. Pred. Mag. & S. C. Secret.

SACRÆ

XXXVII.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS

S'ACRA Indicis Congregatio, & Ve in Decreto præcedenti. Libri auem funi.
Abbrege des Controuerses, ou Sommaire des Erreurs de l'Eglis Romaine, Ministre de la perole de Dieu en Projet en l'Eglis Romaine, l'acre de la perole de Dieu en Projet en l'Eglis Romaine, l'acre de la perole de Dieu en Projet en l'Eglis Romaine, l'acre de la perole de Dieu en Projet en l'acre de la perole de Dieu en l'Eglis Romaine, l'acre de la perole de Dieu en l'Eglis Romaine, l'acre de la perole de Dieu en l'Eglis Romaine, l'acre de la perole de Dieu en l'Eglis Romaine, l'acre de la perole de Dieu en l'Eglis Romaine, l'acre de la perole de Dieu en l'Eglis Romaine, l'acre de l'acre d Par Charles Drelineourt, Ministre de la parole de Dieu en l'Eglife Reforme de

Archontologia Cosmica Io. Ludovici Gotofredi. donec corrigatur. Calvinismus, Bestiarum Religio, & appellatio pro Dominico Banne. Per A.R. uiere.

Danielis Heinsij Aristarchus sacer, sine ad Nonni in Ioannem Metaphtasin exercitationes : donec corrigatur.

Epistolæ B. Virginis Marie ad Messanenses Veritas Vindicata. Permittiur ven, De Epistola B. Virginis Mariæ ad Messanenses Coniectatio plurimis rationibus & ve risimilitudinibus locuples. Auctore P. Melchiore Inchefer Austriaco è Soc. lelu, iuxa impressionem Viterbij factam, apud Ludovicum Grignanum 16,22.

Francisci Baronij C.P. Vindicata Veritas Panormitana.

Imperatoris Iustiniani Defensio: adversus Alemannum. Authore Thoma Rivo Regis in Anglia Advocato.

Institution de la Sodalité du Bien-heureux S. Ioseph, erigée en l'Eglifedes Freis Mineurs de l'Observance de S.Omer.

Iosephi Scaligeri, Iulij Cas. à Burden. F. Epistola; dones corriganiur.

Lexicon Philosophicum informatum Opera & Studio Rodolphi Goclenii senionis. Liber inscriptus. Delle Conditioni di Abbas Rè di Persia, di Pietro della Valle il Pellegrino, in Venetia 1628. Cum Auctor ve suum tantum agnoscat librum, qui Roma impressus est.

Lucerna in extinguibilis, Ignorantiæ tenebras ab anima fideli indocta proculpellens breuitate & facilitate inter omnes casuum Conscientia Summulas eminus emines R.D.Pellegrini Pollettæ de Cisono Vallis Mareni.

Le Mercure Iesuite ou Recueil des Pieces, concernants les Progres des Iesuites, leurs Escrits, & Differents De puis l'an 1620, iusques à la presente année 1626.

Philander Philanax de Natura, Fine, Medijs Iesuitarum.

Psychologia vera I.B. T. Quæstionibus XL. explicata, &c. à Ichanne Angelio VVerdenhagen.

Sanctificatio S. Ioseph Sponfi Virginis, Nutritij Iesu in vtero, afferta, &c. Andore Petro Marchant.

Vniuersa Natura Theatrum; Autore Ioanne Bodino.

Vulpina Iesuitica, hoc est, Censura Admonitionis Sandæanæ: Opera, & Budislacobi Laurentij, Verbi Dei Naerdæ Administri.

In quorum fidem manu, & figillo Eminentissimi, & Reuerendissimi Domini Cadinalis Pij Sacræ Congregationis Præfecti præfens Decretum fignatum, & munitumfuit. Roma Die decimanona Martij 1633.

C. Episc. Portuen. Card. Pius.

Locus † figilli.

Fr. Io. Baptista Marinus Ord. Prad.S.C. Secret.

NAMES OF THE STATE OF THE STATE

XXXVIII.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

CACRA Indicis Congregatio, &c. Vt in Decreto præcedenti. Libri autem fall. Actio perduellionis in Iesuitas Sacri Romani Imperijiuratos hostes; Authore Philipseno loxeno Melandro.

Anatomia Societatis Iesu, sue Probatio Spiritus Iesuitarum.

Degl'Auuifi di Parnaso, overo Compendio de Ragguagli di Traiano Boccalino; di Francesco Prati.

Continuatione del Commentatio delle Guerre successe in Alemagna, del Conte Majolino Bisaccioni.

Defenso Ecclesia Anglicana Rich Crakranthorp: pous posthumum, à Ioanne Barkhamin lucem editum.

Dialogo di Galileo Galilei, done ne i congressi di quattro giornate si discorre sopra

i due Massimi Sistemi del Monde, Tolemaïco, e Copernicano.

Differtatio Historico-Politico-Iuridica de Veterum Magistratuum, & hod ernorum h. e. Cæsaris, Cameræ Imperialis, Dicasterij Rotvveilensis, Statuum Imperialia dicum Austragarum, Alta, itemo; ac Bassa Iurisdictione, Georgii Andreæ Maier VVcidena-Palatin.

Expositio noua in verbum hoc, Iudicium, Vincentii Nerii Neapolitani.

Eiusdem: Luminoso Sole, per mezzo del quale l'Anima Christiana può intrare nel Sac. Regno della Mistica & occulta Theologia,

Florilegium Insuix Sanctorum, seu Vita & Acta Sanctorum Hibernix. Collegit & publicauit Thomas Messinghamus. Suspensus donec corrigatur.

Georgij Fabritij Cheminensis, Saxoniæ illustratæ Libri nouem:

Iesuita Exenteratus

Ioh. Ionstohi Poloni, Naturæ Constantia.

Einsdem, Thaumarographia naturalis.

Mariale, sine Apophthegmata Sanctorum Patrum in omnibus Festivitatibus, & Materijs Virg. MARIA. Auttore Gregorio Gallicano. Suspensus dones corrigatur.

Mysteria Patrum Societatis lesu.

Notitie S cilienfium Ecclefiatum, Roccho Pirro Auctore. Panormi 1630. Sufpensus

Eiusdem, Voluminis Primi Pars Secunda. Panormi 1633. Suspensus donce corrigatur.

Politica Imperialis, sue Discursus Politici; Ex Bibliotheca Melchioris Goldasti
Consil. Saxon.

Prattica per aiutare à ben Morire, anco per quelli, che solo sanno leggere, e per imparare à ben Vivere, da quello che occorre e si deue sare nel tempo della Morte. Compossa da Gio. Battista de Vilela.

Praxis Confessariorum; Tractatus magnopere necessarius ad Munus Confessories;

Auctore Carolo de Baucio. Neapoli 1633. Suspensus donec corrigaiur.

Quactiones quatuor de sacris Figurativis. Auctore. Petro Gioffio Empulitano.

Quinta Parte de la Historia Pontifical por Marco de Guadalaxara y Xauier 1630. En Barcellona, per Sebastian de Cormelles. Suspensus donce corrigatur.

Rituale, seu Caremoniale Ecclesiasticum iuxta Ritum S. Matus Ecclesia Romana, vsumque Fratrum Discalceatorum S. Patris Augustini per Galliam. Parisis, apud Seba-stianum Cramoisy 1632. Suspensus donec corrigatur.

Il Soldato Suezzese.

Tebaïde faera, nella quale con l'occasione d'alcuni Padri Eremiti si ragiona di molte, e varie virtû: Di Paolo Bozi Veronese.

De Veritate, prout distinguitur à Revelatione, à Verismili, à Possibili, & à Fasso. Hoc opus condidit Edoardus Baro Herbert de Cherbury in Anglia, & Castri Insulæ de Kerry in Hibernia.

In quorum sidem Manu, & sigillo Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Pij Sacræ Congregationis Præsecti, præsens Decretum signatum, & munitum suit Roma die 23. Augusti 1634.


C. Episcopus Portuen. Cardinalis Pius.

Locus † figilli.

Fr.10. Baptista Marinus Ord. Prad. S. C. Secr.

100 and Longit a mot and on out all the SACRE





XXXIX.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRA Indicis Congregario &c. Vt in Decreto pracedenti. Libri autem sun Differtationes ad Aur. Bullam Caroli IV. Rom. Imperatoris, c. olim à Marina Rumelino ad disputandum propositæ; nune reuisæ, & multis in locis audæ à la hanne Iacobo Speidelio Stutgardiano.

De Eminentissima Deipara Virginis Perfectione; Authore Iohanne Maria Zamora

Exercitationes Academicæ ex Iure publico depromptæ, & maxime adhodiemm S.I.R. Statum accommodatæ à Iohanne Wurmsero.

Ioh. Angelij Werdenhagen Vniuersalis Introductio in omnes Respublicas, fuelo.

Io. Baptistæ Catumsyriti Italo-Graci opera; præterquam ab Authore recognita, Roma iterum edita, & probata.

Iuris Publici Quastio Capitalis; Sint-ne Protestantes Iure Casarco Harriei, & stamo supplicio afficiendi, &c. tractatus à Iusto Meiero.

Maria Concetta, Poema di Gio. Carlo Coppola.

Tuba Pacis, occenta Scioppiano Belli Sacri-Classico, Salpiste Theodoso Betenico.

Ex Libro cui Titulus: Aloysij Novarinj Veronensis Electa Sacra: Impressuri lasdunensis Anni 1629. auferatur Epistola Dedicatoria Laurentij Durand Impressora, propter abusum locorum Sacræ Scripturæ.

In quorum fidem manu, & figillo Eminentiss. & Reverendist D. Cardinalis Pi Sacræ Congregationis Præfecti præsens Decretum fignatum, & munitum suit. 1804, die 9. Maij 1646.

C. Episc. Portuen. Card. Pius.

Locus † figilli.

Fr. 10. Baptista Marinus Ordinis Prad. Secret.

XL.

MAGISTRI SACRI PALATII

E SSENDOSI introdotte furtiuamente, e senza le debite licenze, e sparssi per quest' Alma Città di Roma con iscandolo di molti, alcune opere, paneginci, son etti, relazioni, & altre compositioni, con lodi non convenienti di persone heteriche.

Per tanto, Noi Fra Nicolo Riccardi, dell' Ordine de Predicatori, Maëstro del Sacro Palazzo, Giudice Ordinario, &c. accio nessuno pretenda ignoranza, inherendo alle regole, e prohibizioni antiche, co'l presente Editto prohibiamo, e notifichiamo a tutti li sideli, la prohibizione delle suderte composizioni, che sono le seguenti.

Athena Batava: sive de Vrbe Leidensi & Academia, Vrrisque claris qui viramque ingenio suo atque Scriptis illustrarunt; Ioannis Meursi libri duo; Lugdani Batavam apud Andream Cloucquium, & Elzeuirios.

Bibliotheca, five Thesaurus Virtutis, & Gloriæ, in quo continentur Illustrium enultione, & doctrina virorum Effigies & vitæ, summe diligentia, & accurate descripa in centurias duas distributæ, per Ian. Iacobum Boissardum, artissiciosissime in asinsfa, a Ioanne Theodoro De Bry. Accesserunt Clarissimorum aliquot Virorum Efficis, & Vitæ nunc recens conscriptæ, Francosuri, sumptibus Guilelmi Fitzeri 1628, Iaqual opera benche già sia stata prohibita sotto il nome de Icones Quinquaginta Virorum Illustrium

Illustrium, doctrina & eruditione Præstantium ad vinum esticke, eum eorum Vitis defcriptis à Ioanne Iacobo Boiffardo Vesuntino, omnia recens in æs arrificios è incisa, & demum foras data per Theodorum de Bry Leedien. Francofurtianno 1595. Tuttavia per la murazione del ritolo, & l'accrescimento di molte vite & elogij d'heretici, di nuovo si dichiara per totalmente prohibita, quanto à tutte le quattro Parti.

Orațio Panegyrica, qua Victoria de Tillio, & exercitu Pontificio ad Schufium VII. Sept. 1631. Auspicio, & ductu Serenissimi, Potentissimi, & Invictissimi Succorum, Gothorum, ac Vandalorum, &c. Regis Dn. Gustaui Adolphi libertatis Germaniæ vindicis parta, memoriam celebrabat Ianus Ghebardus, Illustrium Groninga, & Omlandia Ordinum, Historiarum, & G xcx lingux ibidem Professor publicus, & ordinarius. Groninga,ex Officina Ioannis Sas Ordinum & Academia Typographi 1632.

E finalmente, Qual finoglia altro libro, panegirico, tagguaglio, elogio, fonetto, composizione, imagine impressa d' coniata, in lode del sopra detto e di qualsiuoglia altro heretico, con titoli speciosi in versi ò prosa, & in qualsiuoglia lingua che siano.

E però commandiamo à tutti li Librari, Medagliari, e Stampatori, & ordiniamo à qualsiuoglia altro che si trouara hauere alcuna dalle sudette cose debbano astenersi di leggerle, e seruirsene, e fra dieci giorni della publicazione di questo nostro Editto consegnarle al nostro Offizio. Auuertendo li transgressori, che oltre l'offesa di Dio, nella quale incorreranno, venendo à notitia nostra, si procedera contro di loro conforme alle pene contenute nelli Sacri Canoni, e nelle regole dell'Indice Romano, & altre pene à nostro arbitrio. Dato nel Palazzo Apostolico, questo di 26 Gennaro 1633. Fr. Nicolaus Riccardius Sac. Pal. Apost. Mag Valentinus Valentinus Not.

edepondedence de en composito de la composito

XLI.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS

YVM inter Chalcedonensem Episcopum & Regulares Anglia, postremis hisce Jannis nonnullæ controversiæ orte sint, & harum occasione varij Libri evulgati, in quibus qui veriusque partis opinionem sequuntur, plures contineri propositiones contendant Catholica doctrina repugnantes, non fine perturbatione publica quietis, & sciffura fraternæ charitatis:propterea Sacra Congregatio Indicis ad evellenda radicitus germina discordiarum, & Christianam pacem intersideles stabiliendam, Litterarum Apostolicarum, tam quæ à fel. rec. Clemente Papa Octavo sub die v. Octobris 1602 quam qua à SS. D.N. Vibano Papa Octauo, sub 9. Maij 1631. ad huinsmod contentiones in Anglia excitatas supprimendas & libros prohibendos emanatunt, & ad alias Nationes nondum peruenerunt, auctoritatem secuta; decreuit omnes & singulos Libros, Tractatus, & alia quacumque quouis idiomate & vbicumque impressa, sue manu dumtaxat exarata, quæ ad prædictas controuersias spectare, aut quacumque ratione directe vel indirecte trahi possint, sue præfatas contentiones principaliter & immediate, sue occasionaliter & mediate quomodolibet attingant, supprimenda, prout præsenti Decreto omnino supprimit; mandans omnibus & singolis toto Orbe fidelibus cuiuscumque status, conditionis, præeminentiæ, & dignitatis sub pæna Excommunicationis splo facto absque alia declaratione incurrenda, a qua nonnisi à Sancta Sede Apostolica, præterquam in mortis artículo absolui possint; ne vilus in posterum imprimere, manu ser bere, aut quouis modo de iis rebus tractare, aut disputare, aut quæstiones mouere audear.

Ne quis autem ex hoc Decreto alios criminandi, vel exprobrandi occasionem aliquam arripiariea dem Sacra Congregatio expresse declarat, se in præsentia non intendere aliquid de meritis caula statuere, vel vlli Auctori, aut Operi ignominiam aliquam, vel notam maix doctrinx inferre, sed indicium horum omnium Apostolica Sedi in opportunum tempus reservans, nune præcipit, ne quis adversæ, partis L bros, Tractatus, de corumue Auctores, hærefis vel malæ doctrinæ nota, seu alia quacumque, anto

Index Prohibit. Romanus.



Sedis Apostolicæ Diffinitionem verbo, vel scripto deinceps afficiat. dis Apoltolicæ Diminionem veres, In quorum omnium, & singulorum sidem manu, & sigillo Eminentismi, & Rene In quorum omnium, & singulorum sidem manu, & sigillo Eminentismi, & Rene In quorum omnium, a inquiorum in quorum omnium, a Reacter de la Para die vix Martii 1633.

C. Epifc. Portuen. Card. Pius.

Locus + figilli.

F. Io. Baptista Marinus Ord. Pradic. S. C. Secr.

and the section of th

XLII.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRA Congregatio Indicis, ad extinguendos inter Sacros Religioforum Ordines

quæstionum fomites, & ob non servata Sacri Concilij Tridentini pracepta, decen uit & mandauit, sub pœnis in Sacro Romano Indice Librorum Prohibitorum, & Sacris Canonibus contentis, de medio tollendam esse & à sidelium oculis amouendam esse giem Sancti Basilij Magni Cucullati, habitu prorsus Benedictino, Regularum surum Codicem sinistra manu tradentis quatuor Sanctis Parribus Religiosorum Ordinum Fundatoribus coram se genu flexiss deque dextero latere se se præbentibus in confe-Etum cæterorum Ordinum etiam Militarium Fundatoribus; additis sub effigie rubis, Ad reuocandum vitæ Communis Conobiticæ originem in eiusdem Sandil Patrisinsti. tutionem: typis æneis expressam à Ioanne de Noort, anno 1634. Ac proinde diffinition hibet omnibus & fingulis Christi fidelibus, ne dictam effigiem impressam, fia insculptam, apud se detineant, illamque si quomodolibet apud eos extitent, locorum Ordinarijs aut Inquisitoribus statim exhiberi jubet. Impressoribus vero, incisorbus, pictoribus, & sculptoribus sub ponis iisdem, alijsque arbitrio eiusdem Sacra Congregationis prohibetomnino, ne huiusmodi effigiem moliantur in posterum, necnon formas quascumque, statim à præsentis Decreti notitia confringi præcipit, acdelei Atque ita vbique locorum ab omnibus & quibuscumque seruari decreuit.

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentissimi & Reuerendisimi Domini Cardinalis Pij præsens Decretum fignatum, & munitum fuit. Rome, 10. Decembis 1656.

C. Episcopus Portuen. Cardinalis Pius.

Locus † figilli.

Fr. 10. Baptista Marinus Ord. Præd. Secr.

XLIII.

SANCTÆ INQVISITIONIS

Feria V, die 5. Maij MDCXXXIX.

In generali Congregatione S. R. & Vniverfalis Inquisitionis habitain Palatio Apollolico apud S. Petrum coram S.D.N.D. Vrbano divina Providentia Papa VIII; ac Eminentiss. & Reverendiss. DD. S.R.E. Cardinalibus, adversus hæreticam pravitatem Inquisitoribus generalibus à sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

CANCTISSIMVS D. N. D. Vrbanus divina providentia Papa Octauus, attentoper-Deendens; quod nulla cura magis anxios & sollicitos habeat Romanos Pontificas quam ne lolium & zizania adulterinæ doctrinæ pro sincero veritatis Catholicamii co, in agro Dominico fuccrescant: Quodque ob id fel. record. Clemens Octanus, simul atque accepit in quadam vetusta Turri Ciuitatis Granatensis, Torpiana nuncupata, 239

pro commodiore noui Templi adificatione, anno 1588. deie Ca, scripturam quandam Sanctissimo Apostolo & Evangelista Ioanni adscriptam, litterisque Arabicis, Gracis & Latinis in membrana exaratam, fuisse repertam; Ac deinde in cauernis Montis Illipulitani, dicti sacri, prope eandem Civitatem in Regno Granatensi, quosdam libros & laminas plumbeas Arabico fermone, & antiquis characteribus conferiptas, varia de rebus fidei pertractantes, partim Beato Iacobo Apostolo, partim verò quibusdam alijs eius, vt ferebarur, Discipulis attributas, anno 1595 & 1596. effossas fuisse: Iteratis litteris in forma Breuis Petro de Castro Archiepiscopo quondam Granatensi præceperit, vt ab huiufmodi Librorum, non folum iudicio, fed editione etiam & pervulgatione abstineret, ac præterea omnibus & singulis quacumque auctoritate sungentibus personis in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub pænis & censuris suo arbitrio imponendis, injungeret & mandarer, ne circa cosdem libros & ea quæ in illis continentur, aliquid affirmare vel negare vel aliàs de ijs iudicare quouis modo auderent vel præsumerent; cum nemini prærerquam Romano Pontifici de dictis Libris eorumque doctrina iudicare aut statuere liceret; Denique ve omnia ad hæc pertinentia vndique perquirerer, ac ad Sedem Apoltolicam fimul cum ipfis genuinis exemplaribus perferenda curaret, ve matura deliberatione adhibita, tandem decernere posset, quid certò statuendum esset de dictis Libris ac laminis adeo, ob lingua antiquitatem ac litterarum genus ab huius fæculi vsu remotum, obscuris, dubiis atque implexis, vt vel ipse Archiepiscopus faceretur se magnam Interpretum varietatem & difficultates non paucas deprehendisse: Confiderans praterca alios deinceps pradecessores suos vehementi sollicitudine in eam cogitationem incubuisse, vt præfati Libri ac laminæ Romam aduecte à Peritis Linguarum Viris, doctifque Theologis explanari & examinari possent, probè advertentes, versiones quascumque ad examen & iudicium perfectum ac indubitatum fine ipsis originalibus revocari non posse. Sanctiras Sua eorum vestigijs insistens,in eadem pariter cura sedulò laboravit, nihilque intentatum reliquit, quatenus Romam dicti libri, ae laminæ ad præfatum finem & effectum transmitterentur. Verum cum rei guentus minime hactenus votis responderit, & passim iam à pluribus auctoribus in Libris impressis, & ab aliis in publicis Concionibus etiam addogmata stabilienda, honorifice citentur, & majorem venerationem tanquam Diuinæ cuiusdam & Canonicæ auctoritatis in dies acquirant; licet grauissimi Viri & linguarum Periti, magni in contrarium momenti exceptiones atque difficultates attulerint, afferentes non pausa in quibusdam ex dictis scripturis & laminis contineri, quæ impietatem, superstitionem ac errores redolent. Ideirco Sanctiras Sua præcauere interim volens, ne sub commentitio Apostolorum corumque Discipulorum nomine, adulterinæ fortasse doctrinæ in Ecclesiam Dei irrepant, post grauem & maturam consultationem, auditisque super iis Eminentissimorum & Reverendissimorum DD. Cardinalium contra hæreticam prauitatem generalium Inquisitorum votis; statuit præfatos Libros, scripturas ac laminas, quocumque nomine nuncupatas, suspendendas esse, easque præsentis Decreti vigore suspendit. Illisque ac illarum versionibus sen interpretationibus sidem aliquam adhiberi, aut venerationem five cultum deferri omnino prohiber, donec Sedes Apostolica definiat, quid tam de laminarum qualitate & doctrina, quam de versionum & interpretationum veritare & fidelitate, tenendum & sequendum fit. Libros similiter omnes, tra-&atus, responsa, consulta, commentarios, glossas, additamenta, aut annotationes, & quæcumque alia, sine manu dumtaxat exarata, sine typis impressa, quæ ex professo de dictis laminis & scripturis tractant, suspendit penitus ac prohibet, nec legi aut teneri posse declarat, sed statim Ordinarijs locorum, sen hæretien pravitatis Inquistoribus configuari mandat; donec Sedi Apostol aliter statuere visum fuerit. Si qui vero libri sint, tractatus, aut alia quauis manuscripta, sen typis impressa, qua ad alias quidem materias spectant, moidenter veto aut obiter de dictis laminis vel corum doctrina mentionem facione, ijs omnibus pariter, quoad illam partem, omnem prorfus fidem, arque auctoritatem abrogat, & abrogatam esse decernit, talesque Libros & tractatus expungituber, aliter inter suspensos & prohibitos donec expurgentur, censeantur. Præterea quia doctinonnunquam Viritum Granatæ à præfato Archiepiscopo, tum alibi ab alijs ad dicas laminas interpretandas, vel comprobandas, vel aliter quomodotiber explanandas convocati dicuntur; Sanctitas Sua eas convocationes, congressus, con-

seffus, consultationes, sententias pariter, & iudicia, si que inde secutas sunt, pullins prorsus ponderis & auctoritatis fuisse & esse declarat; similiaque deinceps stessibiles & singulis Christi sidelibus quintennament etè interdicir. Denique omnibus & singulis Christi sidelibus cuiuscumque status, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ quantumuis excelsæ, & quamuis com petialis ac individua mentio facienda effet, præcipit; ne in posterum sin ipsorum Libroum seu laminarum approbationem quicquam principaliter vel incidenter conferibet, su conscriptum à se vel ab aliis imprimere, sine aliter divulgare, en scribi, imprimi, el divulgari facere, eos demque Libros aclaminas ex Arabico, alique quovis idiomes in aliud quodeumque de cætero convertere audeant, aux in Libris, concionibus lectio. nibus, Congregationibus, confultis, aut responsis oretenus, vel scripto datis, quicquide ijsdem autearum doctrina tractent, neque Authores de ea tractantes, quoadillampir tem, cirent; Si qui verò dd. laminarum, vel partis earum exemplum habueint, Od. narijs locorum aut Inquisitoribus, vt præfertur, illud tradere teneantur, neque politic aliud conficere, aut confici facere possint. Atque ita decreuit, & vbique terrauminuiolabiliter ab omnibus observari mandavit. Transgressores autem sue Ecclessistics, sine laïcos cuiuscunque status, gradus, conditionis, dignitatis, vel præcminente quarrumuis speciali nota dignæ, excommunicationi, à qua non nisi à Romano Ponusice, præterquam in mortis articulo, absolui possint ed ipso subiecit: Ac prætered Regulares in suorum Officiorum, & dignitatum, vocisque activa & passiva amssione, perpetuæque ad illa inhabilitati; Clericos verò Sæculares in dignitatum parter & Officerum privationis, atque perpetuæ eorumdem incapacitatis pænas ipso sacto incurrere. voluit; Laïcos autem, preter excommunicationem alijs Ordinariorum, sende Inquistorum arbitrio pro modo culpæ infligendis pænis, etiam pecuniariis, & corporalius coërceri, mandauit. Quibus Typographi quoque plectantur, si ex supraprobibits, vel suspensis aliquid impresserint, ac præterea impressa omnia amittant. Contrais quibuscunque non obstantibus. Et ne præmissorum ignorantia possit ab aliquo prztendi, voluit vt Decretum huiusmodi, seu illius exemplum ad valuas Basilicarum S. Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Florasifixa, omnes ita arctent, & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimara sussent. Io. Antonius Thomasius Romana, & Vniversalis Inquistionis Not.

XLIV.

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRA Congregatio Indicis infrascriptos Libros vt damnatos, at prohibitos publicos cari censuit; sicuti presenti Decreto eos damnat, ac prohibet: Mandans emplous se singulis cuius cumque gradus, & conditionis sub pænis in Indice Librorum Prohibitorum cotentis, ne vilus in posterum eos Imprimere, legere, aut quouis modo apud se retinere asdut of quis aliquos illorum habuerit, vt statim omnes à prasentis Decreti notitia locorum Ordinais, autinquissitoribus consignet. Libri autem sunt;

Ασυλία, hoc est, De Iure Afylorum Tractatus locupletissimus. Auctore Georgio Rinerhosso.

Conradi F.

Della Communione con Iesu Christo nell'Eucharistia; Contra i Cardinali Bellarmino, e da

Perron. Trattato di Giouanni Mestrezat Ministro della Parola di Dio nella Chiesa di Unio

Tradotto dalla Lingua Francese nella volgate Italiana, per Vincentio Paranicino, Ministro
della parola di Dio nelle Chiese di Bondo, e Castesegna in Bregaglia.

Declaration de François Clouët, cy-deuant appele Pere Basile, de Rouën, où il deduit les

raisons qu'il a eues de se separer de l'Eglise Romaine pour seranger à la Resonnée.

Diuina Sapientia Arte constructa, ad Cognitionem & Amorem Dei acquirendum, Austore
Ioanne Blanco, Medicina Doctore Niceno.

Edonis Neuhusij Fatidica Sacra, fine De Dinina Futurorum Pranunciatione, lib. Il. Iohannis Cluweri opera omnia.

1 facti

Isaaci Casauboni Epistola, quot quot reperiri potuerunt. Adiecta est Epistola de morbi cius morzisque causa deque issolem narratio, Raphaclis Thoris.

De Manu Regia Tractatus Gabrielis Pereira de Castro.

Il Ministro di Stato del Signor de Silhon; Trasportato dal Francese per Mutio Ziccatta. Paradisus Carmelitici Decoris; Auctore Marco Antonio Alegre de Casanate.

Il Prencipe Nigello, di Guid Vbaldo Benamati. Preuves des Libertez de l'Eglife Gallicane.

Stephani Bauny Mosomensis Theologia Moralis.

Eiusdem, Somme des Pechez qui se commettent en tous Estats.

Thadeus Dalæus Hibernus, Ord. Min. Striet. Observ.

Thomas de Afflictis, Clericus Regul. Thomas Aquauiua, Ord. Prædicat. Examinator Episcopor.

Thomas Camerara Ord. Prad. Episcopus Vestan.

Thomas Gallettus Presbyter Congreg. Orator. S. Philippi Nerij.

Thomas de Lemos Ord. Pradicatorum.

nn 2 Thos



Thomas Pallauicinus Ord. Pradicatorum Secretarius Congregationis Indicis. Thomas de Terracina. Thomas Wortimgtonus Anglus. Vgo Vbaldinus Canon. S. Petri. Vincentius Laurificus. Vincentius Magius. Vincentius Sertius. Vitalis Zuccolius Camaldulen. Vrbanus Fælicius Episcopus Poles. Stren. Valuerdius Hispanus.

Privilegiorum Summa pro Impressore Camerali, & Vaticano.

LEMENS Papa VIII. Diplomate sanxit ne quis citra voluntatem Dominica Basa, olim in Typographia Vaticana impressoris Sacra Biblia, Concilia generalia, Epistolas decretales, Libros ad Ecclesiasticum munus pertinentes, ac etiam Santtorum Patrum volumina, Libros etiam cujuscumque generis, vel nouter ab ipsoedendo; vel nouis Additionibus auctos, per decennium ab editione cujusque voluminis imprimat, vel impressa venalia habeat. Quod privilegium Paulus Papa V. peculiari Circorapho in fauorem Hieremia Guelfi I. V. D. ac impressoris Cameralis transfullit, industri que. Idem Gregorius Papa XV. Literis expeditis ratum, firmumque haberi volun. Vio latores excommunicationis latæ sententiæ pæna puniuntur. Quod si in terris S.R.E. Jubjectis id contigerit, confiscatione etiam Librorum, ac quingentorum ducutorum am solutione mulctabuntur, ut latius patet in Literis ipsius Gregorij Papa sub datum Rome apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 21. Octobris 1621. Pontificatus la anno primo. Ac idem Vrbanus Octavus peculiaribus Literis datis apud S. Petrum In annulo Piscatoris die 23. May 1628. Pontificatus sui anno quinto in fauorem Andrea Brugiotti Impressoris Cameralis, & Vaticani transtulit, indulstque Ac Iterum Innoc.X. peculiaribus Literis datis apud S. Petrum in fauorem Angeli Balladori, pariter Im pressoris Cameralis, ac Vaticani, confirmauit sub annulo Piscatoris, die 1. Marij 1646. Et tandem omnia supradicta privilegia, & gratias ample confirmavit, & indulit Surčtiß. D. N. Alexander VII, in fauorem Zenobij Masotti, prasemis Impressoris ralis, & Vaticani, datis Literis die 12. Iuny 1655. Pontificatus anno primo.

> ROMÆ, Typis Reuerendæ Cameræ Apostolicæ. M, DC, LXIV. Superiorum permissu, & Privilegio.

> > APPEN-

APPENDIX DECRETORVM

QVÆ PVBLICATA SVNT, & locis consuetis affixa.

POST INDICIS ROMANI Anni M, DC, LXIV. Editionem;

Ad extrema usque ALEXANDRI VII. Pontificis Maximi.

LXXXII.

APPENDIX OF CRETORY INT. OVE PVBLICATA SVNT.

POST INDICIS ROMANI

Anniell DG LXIV Editioners

Ad extrema ufque AIEXANDRI VIL Pontificis Maximi.

LXXXII.

DECRETVM

Sacra Congregationis Eminentissimorum, & Reuerendissimorum D.D.S.R.E. Cardinalium à Sanctissimo D. N. Alexandro Papa VII. Sanctáque Sede Apostolica ad Indicem Librorum, eorumdemque permissionem, prohibitionem, expurgationem, atque impressionem in vniuersa Republica Christiana specialiter deputatorum vbique publicandum.

S A C R Æ Indicis Congregationis Decreto damnatus, ac prohibitus suit infrascriptus Liber vbicumque, & quocumque idiomate impressus, imprimendúsue. Nemo cujuscumque gradus, & conditionis eum imposterum, vel imprimat, vel legat, vel retineat. Si quis interim habuerit, Inquistoribus, seu locorum Ordinariis à præsentis Decreti notitia tradat sub pænis in Indice Librorum Prohibitorum contentis.

LIBER EST,

Iournal de Monsieur de Saint-Amour Docteur de Sorbonne, de ce qui s'est fait à Rome dans l'affaire des cinq Propositions. Imprimé par les soins dudit Sieur de Saint-Amour, en la presente Année M, DC, LXII.

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentissimi, & Reuerendissimi D.D. Cardinalis Ginetti Episcopi Sabinen. supradicte S. Congregationis Presecti, præsens Decretum signatum, & munitum suit. Datum Roma, in Palatio Apostolico Quirinali, die 28. Martij 1664.

M. Card. Ginettus Praf.

Fr. Hyacinthus Libellus S. Congr. Secr.

Loco † figilli.

Anno à Natiuitate D. N. IESV Christi 1664. Indict. secunda, die 31. mensis Martij, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Diuina Prouidentia PP. VII. anno ejus nono, supradictum Decretum affixum, & publicatum suit ad valuas Basilice Lateranen. ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Flore, ac in aliis locis solitis, & consuetis Vrbis per me Laurentium Signium Sanctiss. D. N. PP. Curs.

Carolus Franceschinus Curs. Mag.

ROMÆ, Ex Typographia Reuerenda Camera Apostolica. 1664.

AARAKAKKIKEEKEKEKKIKEKAKAKA

LXXXIII.

DECRETVM

Sacra Congregationis Eminentissimorum, & Reuerendissimorum DD. S. R. E. Cardinalium à Sanctissimo D.N.ALEXANDROPAPA VII. Sanctaque Sede
Apostolica ad Indicem Librorum, eorumdemque permissionem, prohibitionem, expurgationem, & impressionem in universa Republica Christiana specialiter deputatorum obique publicandum.

S A C R Æ Indicis Congregationis Decreto damnatus, ac prohibitus suir infrasctiptus Liber vbicumque, & quocumque idiomate impressus, imprimendusue. Nemo cujuscumque gradus, & conditionis eum in posterum, vel imprimat, vel legat, vel retineat. Si quis interim habuerit, Inquistroribus, seu locorum Ordinariis à presentis Decreti notitia tradat sub pænis in Indice Librorum Prohibitorum contentis.

LIBER



LIBER EST.

Gusto afflitto di Giesù Christo nostro Signore. Consideratione di Fra Matteo da Vigilia. 18 Venetia 1663.

In quorum fidem manu, & figillo Eminentissimi, & Reuerendissimi D.D. Card. In quorum fidem mattu, & agun nalis Ginetti Episcopi Sabinen. supradictæ Sacræ Congregationis Presecti, present Decretum fignatum, & munitum fuit. Dat. Roma, in Palatio Apostolico Quinali, de

M. Card. Ginettus Prefectus.

Loco † figilli.

Fr. Hyacinthus Libellus S. Congr. Ser.

Anno à Natiuitate D. N. IESV Christi 1664. Indict. secunda, die 14. mensis luti, Pontificatus autem Sanctiff, in Christo Patris, & D.N.D. Alexandri Divina Providentia PP. VII. anno ejus decimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum suita valuas Basilicæ Lateranen. ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Flora, ac in aliis locis solitis, & consuctis Vrbis per me Alexandrum Albritium Sandiff D. N. PP. Curf. Carolus Melanus Curf. Mag.

ROM Æ, Ex Typographia Reu. Cameræ Apostolice. 1664.

LXXXIV.

DECRETVM

Sucra Congregationis Eminentissimorum, & Reuerendissimormu DD. S. R. E. Condinalium à S.D.N.ALEXANDRO Papa VII. Sanctáque Sede Apostolica ad Indicem Librorum, eorumdemque permissionem, prohibitionem, expurgationem in Vniuersa Republica Christianaspecialiter deputatorum, vbique publicandum.

SACRE Indicis Congregationis Decreto damnati, prohibit, ac respective suspensionale impressionale im imprimendiue. Nemo cujuscumque gradus, & conditionis eos in posterum, velimprimat, vel legat, vel retineat. Si quis interim habuerit Inquisitoribus, sen locorum Ordinariis à presentis Decreti notitia tradat, sub poenis in Indice Librorum Prohibitorum contentis.

LIBRI SVNT.

E concordia Sacerdotij & Imperij, seu de Libertate Ecclesia Gallicana liberà Stephano Balutio impressus Parisiis, anno 1663. Perperam adscriptus Petrodes Marca; ex cujus retractatis scriptis, aliorumque erroneis sententijs opera prafati bilitij editus est.

D. Francisci Verde opus impressum Lugduni, 1662.

Candor Lilij, seu Ordo Prædicatorum à calumniis, & contumeliis Petri à Valle-

clausa vindicatus Authore R. P. Io. Casalas, Parisiis, 1664.

REBER

Defensio pro Valeriano Magno, in qua exponitur Ecclesia Romano - Catholica scandalum, id est, lesuitarum Hæresis, seu Atheismus derectus à Theophilo, anno 1661. fine loco impressionis.

Christiani Kortholti S. Theol. Ddi. Valerianus Confessor, id est, folida Demosstratio, quod Ecclesia Romana hodierna non sir vera Christi Ecclesia, anno 1661 fine loco impressionis.

Io. Launoij Parisiensis Theologi Censura Responsionis. Luretsa 1663. Murenulæ Sacræ Vestis. Authore R. P.D. Virgineo Alusset Bisontino, Ventili 1661. Il Fuggi-l'otio di Tomaso Costo. In Venetia 1620. e 1663. Donet corrigatur.

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentiss. & Reuerendiss. D.D. Cardinalis Ginetti Episcopi Albanen. Supradicta Sac. Congregationis Prafecti, prasens Decretum signatum, & munitum suit. Rome, in Palatio Apostolico Quirinali, 17. Nonembris 1684.

M. Cardinalis Ginettus Præfectus.

Loco † figilli.

Fr. Vincentius Fanus Ord. Pred. Sac. Congreg. Secretarius.

Anno à Nativitate D. N. IESV Christi 1664. Indictione secunda, die 26. mensis Novembris, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Divina Providentia PP. VII. anno ejus Decimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum suit ad valuas Basilica Lateranen. ac Principis Apostolorum de Vibe, & in acie Campi Flore, ac in aliis locis solitis, & consueris Vibis per me Laurentium Signium Sanctiss. D. N. PP. Curs.

Franciscus Perinus Curs. Mag.

ROMÆ, Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ. 1664.

XEEKKKEEEKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKEEEK

LXXXV.

DECRETVM

Sacra Congregationis Eminentissimorum, & Reuerendissimorum DD. S.R. E. Cardinalium à Sanctiss. D. N. Alexandro Papa VII. Sanctaque Sede
Apostolica ad Indicem Librorum, eorumdemque permissionem, prohibitionem, expurgationem, impressionem in vniuersa Republica Christiana specialiter deputatorum vbique publicandum.

SACRÆ Indicis Congregationis Decreto damnati, prohibiti, as respective suspensations fuerunt infrascripti omnes Libri, vbicunque, & quocunque idiomate impressi, imprimendiue. Nemo euiuseumque gradus, & conditionis cos in posterum, vel imprimat, vel legat, vel retineat. Si quis interim habuerit, Inquisitoribus. sea locorum Ordinariis à presentis Decreti notitia tradat, sub pænis in Indice Librorum prohibitorum contentis.

LIBRI SVNT.

A Lphonsi de Vargas Toletani, Relatio ad Principes Chtistianos, de Stratagematis, & Sophismatis políticis Societatis Iesu ad Monarchiam Orbis Terrarum sibi conficiendam.

Itemtres Libelli huic annexi, qui sunt; Sedis Apostolica Censura Prima aduersus nouam, falsam, impiam, & hareticam Societatis Iesu doctrinam, nuper in Hispania publicata.

Iesuiticum fidei Symbolum velut Canticum nouum.

Actio hærefis in Societatem Iesu.

Apologia Valeriani Magni reuisa cum notabili augmento aliquot Epistolarum.

Exercito Limpio Austral contra las Manchas que del Prado en unos memoriales, y Pasquin, y otros papeles dissormes, han salido a questos dias, &c. offrecelo al Señor Don Iuan de Austria General, &c. El Padre Fr. Francisco de la Madre de Dios.

Iuizio de Salomon A cerca de au<mark>eriguar</mark> quien sea la verdadera Madre do un hijo Ilamado antiguamente continuo despues glossa continua, y aora cadena de oro sacado à luz, y dispuesso por el Padre Fr. Martin Perez de Gueuara del Orden de los frailes Menores, &c.

Martini ab Holuberuefo, Responsio Apologetica pro sententia P. Hieronymi Florentini, de Baptismo abortiuorum, aduersus objecta Vigilantij ab Arce.

Il Mistico Parlamento d'Apollo; di Collatino di Bretel.

Noctes Granzouianæ, seu Discursus panegyricus de antiquis Triumphis in publicum, tam Ecclesiarum, quam Politiarum usum clucubratus. A Martino Guichardo.

Index Prohibit. Romanus.

oo Notz





Note lexaginta quatuor Morales censoriæ historice ad insetiptionem, epittolamad Note lexaginta quatuoi violania tredecim introductionis ad Historiam Concilio Lectorem, approparionem, & Capita tredecim introductionis ad Historiam Concilio Concili Tridentini P. Sfortiæ Pollauicini, &c. Stanislai Fænic Coloniensis Opera typis cuul. gatæ, &c. his additus est Libellus continens discussionem quatuor Iudiciorum jamimpressorum de eadem P. Pallauicini Historia.

Patris Petri de Alua, & Astorga Opera sequentia.

Nodus indisfolubilis: De Conceptu ventris, seu sub alio titulo, Funiculi nod indisfo lubilis de Conceptu mentis, & Conceptu ventris.

Sol veritatis com ventilabro Seraphico pro candida Aurora Maria, oc.

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentissimi, & Reuerendissimi DD. Cardina. lis Ginetti Episcopi Sabinen. supradictæ Sacræ Congregationis Præsedi præsens De-Gretum fignatum, & munitum fuit. Rome, in Palatio Apostolico Quirinali 22 Junij, 1667.

M. Card. Ginettus

Loco + Sigilli.

Fr. Vincentius Fanus Ord. Pred. Sac. Congreg. Sur.

Anno à Nativitate D. N. IESV Christi 1665. Indictione tertia, die verò 6. mentis Iulij, Pontificatus autem Sanctiff. in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri, diuna Providentia Papę VII. anno ejus Vndecimo, supradictum Decretum affixum, a publicarum fuir ad valuas Basilica Principis Apostolorum, Cancellaria Apostolica, 20 in acie Campi Floræ, ac in alijs locis solitis, & consuetis Vrbis per me Carolum Franceschinum Sanctiss. D. N. Papæ Curs. Gregorius Staggius Curf. Mag,

ROM A, Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ. 1665.

NECESTATION OF THE PROPERTY OF

LXXXVI.

ALEXANDER EPISCOPYS

SERVVS SERVORVM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

V M ad aures nostras peruenerit duos prodiisse Libros, quorum alteritiulus est Censura Sacre Facultatis Theologiæ Parisiensis in Librum, cui titulusest: La Deffense de N. S. P. le Pape, de Nosseigneurs les Cardinaux, les Archeuesques & Emfauts & de l'employ des Religieux Mendians, contre les erreurs de ce temps, Par lacques de l'emant, à Mets, 1658. Alteri verò titulus est: Censura Facultatis Theologie Parisientis inlibrum, cui titulus est: Amadai Guimenij Lomarensis, olim Primarij Sacra Theologia Prilifini, Opusculum, &c. In quibus Libris Censura presumptuosa notantur aliqua Propositiones, eæque presertim quæ ad Romani Pontificis, & Sancte Sedis Apostolice audotr tatem, Episcoporum jurisdictionem, Parochorum munus, Privilegia à S. Sede contelsa, dispensationes Apostolicas, actionumque Moralium regulam pertinent, & alie que & grauissimorum auctoritate scriptorum, & perpetuo Catholicorum usu nituntur, & cum fieri non possit sine publico Catholice Religionis detrimento, ut pradice Cansuræ in commemoraris libris sine debita Ecclesiæ animaduersione & damnationete maneant. Nos pro Apostolico munere quo licet immeriti fungimur, ut graufimo scandalo quod indè Catholicis accidere posset occurramus; habitis prius doctifimo rum ac infignium in Sacra Theologia Magistrorum ac Professorum, & Sacrarum Sedis Apostolicæ Congregationum Qualificatorum, quos ad hæc specialiter deputauimus, consultationibus, ut rei grauitas videbatur postulare; nec non auditis suffragiis renerabilium Fratrum nostrorum S.R. E. Cardinalium in tota Republica Christiana generalium Inquisitorum; Motu proprio & ex certa scientia nostra, deque Apostolica potestatis plenitudine, præsatas Censuras uti præsumptuosas, temerarias, arque scandalosas, que contra que se que dalosas, auctoritate Apostolica damnamus & pro damnatis haberi volumus, easque

nullius valoris & roboris fuiffe, sed cassas & irritas esse declaramus: mandamus insuper ne quisquam ex Christi fidelibus eujuscumque gradus ac dignitatis existat, etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, aut alia majori dignitate, etiam speciali, ac specialissima nota digna suffultis, prædictas Censuras approbet, sequatur, atque defendat; neue in publicis, aut priuatis lectionibus, disputationibus, fessionibus, aut alijs actibus publicis illas sequatur, tucatur, aut doceat, neque in Libris, aut etiam scripturis publicis, vel priuatis, aut alio quocumque modo illas alleget, sub pæna excommunicationis latæ sententiæ ipso facto incurrendæ, cujus absolutionem nobis, ac Sedis Apostolicæ reservamus. Præterca Typographis, ac Bibliopolis expresse prohibemus, ne præfatos Libros, & Censuras imprimere, ac typis mandare, minusque impressos vendere audeant, ac præsumant sub eadem pæna excommunicationis latæ sententiæ ipso fa-&o incurrendæ. Insuper Libros, scripturas, & alia opera, in quibus prefatæ Censuræ quomodolibet continentur, laudantur, & defenduntur, Apoltolica auctoritate prohibemus, ac pro vetitis habere volumus; mandamusque ne aliquis illos, ac illa legere, aut penes so retinere presumat, sed locorum Ordinariis, aut Hæreticæ pravitatis Inquisitoribus in locis, in quibus S. Inquisitionis officium exercetur consignet, sub pæna excommunicationis, ut suprà ipso facto incurrendæ. Dictisque Ordinarijs, ut etiam tamquam Apostolicæ Sedis Delegatis, nec non præfatis hæreticæ pravitatis Inquisitoribus districté præcipimus, ut contra transgressores, inobedientes, ac rebelles diligenter inquirant, & procedant, & ad declarationem dicta excommunicationis, & ad alias poenas pro gravitate ipforum inobedientiæ ac transgressionis pro corum arbitrio procedant. Cærerum ulterius de prefatis Censuris judicium, deque opinionibus in prædictis libris lacobi Vernant, & Amadei Guimenij contentis, nec non de alijs in eildem Censuris expressis, siuo in eis præmemorate opiniones notentur, siue non, nobis, ac S. Sedi Apostolicæ reservamus. Decernentes insuper præsentes Litteras semper, & perpetud validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros esfectus sortiri, & obtinere, sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & Delegatos ubique judicari, & definiri debere, sublara eis & eorum cuiliber quauis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum & inanc effe quidquid secus super his à quocumque quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Volumus autem ut præsentium transumptis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & Sigillo alicujus persone in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem sides prorsus abhibeatur, quæ ipfis Originalibus Litteris adhiberetur, fi effent exhibitæ vel oftenfæ. Nulli ergo hominum liceat hanc nostram Constitutionem, & Ordinationem, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prælumpferit indignationem omnipotentis Dei,ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum, ejus se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ 1665. septimo Kalendas Iulij, Pontificatus nostri anno undecimo.

I. Cardinalis Prodatarius,

Visade Curia, P. CIAMPINVS

Registrata in Secretaria Brevium.

S. VGOLINVS.

P. CAMPINYS.

Anno à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi 1665. Indict. 3. die vero 26. Mensis Iunij, Pontisicatus autem sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri, Diuina Prouidentia Papæ VII. anno ejus undecimo, supradictæ Litteræ Apostolice affixæ & publicatæ suerunt ad valuas Basilice Principis Apostolorum, Cancellarie Apostolicæ, ac in acie Campi Flore ac in aliis Loeis solitis & consuetis urbis, per me Carolum Molanum ejus dem Sanctissimi D. N. Papæ, ac Sanctissimæ Inquistionis Cursorem.

LXXXVII

LXXXVII.

Fesia V. die 24. Septembris 1665.

In Congregatione generali Sancta Romana, & vniuerfalis Inquisionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D. N.D. ALEXANDRO Diuina Prouidentia Papa VII. ac Eminentissimis, & Reuerendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana aduersus hæreticam prauitatem Generalibus Inquisitoribus à Santia Sede Apostolica specialiter Deputatis.

Anctiflimus D.N. audiuit non fine magno animi fui moerore, complures opiniones Christianæ Disciplinæ relaxativas, & Animarum perniciem inferentes,partimantiquatas iterum suscitari, partim nouiter prodire: Et summam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis excrescere, per quam in rebus ad conscientam pertinentibus modus opinandi irrepfit alienus omnino ab Euangelica fimplicitate, Sanctorumque Patrum doctrina, & quem fi pro recta regula fideles in praxi lequenttur, ingens eruptura esset Christiana vita corruptela. Quare, ne ullo unquamtempore viam salutis, quam suprema veritas Deus, cujus verba in aternum permanent, arctam effe definiuit, in animarum perniciem dilatari, seu verius peruenticonungene, idem Sanctissimus D. N. ut oues sibi creditas ab ejusmodi spatiosa, lataque perquan itur ad perditionem, via, pro pastorali sollicitudine in rectam semitam euocaret, esrumdem opinionum examen pluribus in Sacra Theologia Magistris & deinde Emnentissimis, & Reverendissimis DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Ga neralibus Inquisicoribus seriò commissi: Qui tantum negotium strenuè aggressi, cique sedulo incumbentes, & mature discossis usque ad hanc diem infrascriptis propositionibus, super unaquaque ipsarum sua suffragia Sanctitati sue singillatim expoluerunt

Homo nullo unquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actum sidei, spei, & chaitatis ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium.

Vir equestris ad duellum prouocatus potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrar.

Sententia afferens, Bullam Cona solum prohibere absolutionem hareus, & aliorum criminium, quando publica sunt, & id non derogare facultati Tridentinz, inqua de occultis criminibus fermo est, anno 1629. 18. Iulij in Consistorio Sacra Congrega-

tionis Eminentiss. Cardinalium visa, & tolerara est. Prælati Regulares possumt in foro conscientiæ absoluere quoscumque saculares ab

hæresi occulta, & ab excommunicatione propter eam incursa. Quamuis euidenter tibi constet Petrumesse hærericum, nonteneris denunciate si

probare non possis.

Confessarius, qui in sacramentali Confessione tribuit Pœnitenti chartam polica legendam, in qua ad Venerem incitat, non censetur sollicitasse in Confessione; acproinde non est denuntiandus.

Modus euadendi obligationem denunciandæ follicitationis est: Si follicitatus confiteatur cum sollicitante, hie potest ipsum absoluere absque onere denunciandi.

Duplicatum stipendium potest Sacerdos pro eadem Missa lieitè aecipere, applicando petenti partem etiam specialissimam fructus ipsimet Celebranti correspondentem, idque post Decretum Vrbani VIII.

Post Decretum Vrbani potest Sacerdos, cui Missa celebranda traduntur per alium satisfacere collato illi minori stipendio, alia parte stipendij sibi retenta.

Non est contra justitiam pro pluribus sacrificiis stipendium accipere, & sacrificium vnum offerre; Neque etiam est contra fidelitatem, etiamsi promissione etiam juramento firmata, danti stipendium, quod pro nullo alio offeram.

Peccata in Confessione omissa, seu oblita ob instans periculum vitz, aut ob aliam

Mendicantes possum absolucre à casibus Episcopis referuatis, non obtenta ad id

Satisfacit præcepto annuæ Confessionis, qui confitetur Regulari Episcopo præsen-

Qui facit Confessionem voluntariè nullam, satisfacit præcepto Ecclesia. Incission

Pœnitens propria auctoritate substituere sibi alium potest, qui loco ipsius pœnitentiam adimpleat.

Qui Beneficium curatum habent, possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario.

Est licitum Religioso, vel Clerico calumniatorem grauia crimina de se, vel de sua Religione spargere minantem, occidere, quando alius modus defendendi non suppetit, uti suppetere non videtur, si calumniator sit paratus vel ipsi Religioso, vel ejus Religioni publice, & coram grauissimis Viris prædicta impingere nisi occidatur.

Licet interficere falsum Accusatorem, falsos Testes, ac etiam Iudicem, à quo iniqua cetto imminet sententia, si alia via non potest innocens damnum euitare.

Non peccat Maritus occidens propria auctoritate Vxorem in adulterio deprehen-

Restitutio à Pio V. imposita Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam Iudicis, cò quod sit poena.

Habens Cappellaniam collatiuam, aut quoduis aliud Beneficium Ecelefiasticum, si studio litterarum vacet, satisfacit suz obligationi, si Officium per alium recitet.

Non est contra justitiam Beneficia Ecclesiastica non conferre gratis, quia collator conferens illa beneficia Ecclesiastica pecunia interueniente non exigit illam pro collatione beneficij, sed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.

Frangens jejunium Ecclesiæ, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, puta, quia non vult se subileere precepto.

Mollities, sodomia, & bestialitas sunt peccara ejusdem speciei insimæ, ideóque sufficit dicere in Confessione, se procurasse pollutionem.

Qui habuit copulam cum foluta, satisfacit Confessionis præcepto, dicons:commissionm soluta graue peccatum contra castitatem, non explicando copulam.

Quando litigantes habent pro se opiniones æquè probabiles, potest Iudex pecuniam, accipere pro serenda sententia in fauorem unius præ alio.

Si liber sit alicujus junioris, & moderni, debet opinio censeri probabilis, dum non constet, rejectam esse à Sede Apostolica tanquam improbabilem.

Populus non peccat, etiamfi absque ulla causa non recipiat legem à Principe promulgatam.

Quibus peractis, dum similium Propositionum examini cura & studium impenditur, interea idem Sanctissimus re mature considerata statuit, & decreuit, prædictas Propositiones, & unamquamque ipsarum, ut minimum, tanquam scandalosas, esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, ac prohibet: ita ut quicumque illas, aut conjunctim, aut divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputatiue, publice, aut privatim tractauerit, niss forsan impugnando, ipso sacto incidat in excommunicationem, à quo non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam disputate suspense.

Insuper districte in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione Divini Iudicij prohibet omnibus Christi sidelibus cujuscumque conditionis, dignitatis, ac status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

Ioannes Lupus Sancta Romana, & Vniuerfalis Inquisitionis Not. Loco † Sigilli.

Anno à Nationate D.N. IESV Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo quinto,

Indictione terria, die verò z. mensis Octobris, Pontificatus autem Sanctifi in Chille Patris, D.N. D. Alexandri, diuina Providentia Papæ VII. anno undecimo, supradicum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Basilica Principis Apostolorum, Carron Flora ag in aliic legis (1811) cellariz Apostolicz, ac in acie Campi Florz, ac in alijs locis solitis, & consuctis Ve bis per me Carolum Melanum ejusdem Sanctissimi D. N. Papa, & Sanctissime la quisitionis Cursorem. um, farisfacit pra

ROM & Ex Typographia Ren. Camera Apostolica 1665,

TIVXXXXIII

is modes defendends non fuence-

Feria v. Die 18. Maij 1666.

In Congregatione Generali Sancta Romana, & universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Moniis Quirinalis, coram Sanctiffimo D.N.D. Ale-XANDRO Diuina providentia Papa VII. ac Eminentissimis, & Reuerendis. DD. Sancta Romana Ecclesia Cardinalibus, in tota Republica Christiana aduersus hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

SANCTISSIMUS D. N. post latum Decretum die x x 1 v. Septembris proxime cla-psi, quo viginti octo Propositiones damnatæ sucrunt, examinatis sedulo, & accuratè usque ad hanc diem infrascriptis alijs quadragesimum quintum numerum implentibus, per plures in Sacra Theologia Magistros, ac per Eminentissimos, & Reuerendissimos DD. Cardinales aduersus hæreticam pravitatem Generales Inquisitores, com suffragia singillatim super unaquaque ipsarum audivit.

Propositio 29. In die Iejunii, qui sepiùs modicum quid comedit, etsinotabilem

quantitatem in fine comederit, non frangit lejunium.

30. Omnes officiales, qui in Republica corporaliter laborant, suprexcusati ab obligatione jejunii, nec debe nt se certificare, an labor sit comparibilis cum jejunio.

31. Excusantur absolute à præcepto jejunii omnes illi, qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiamsi iter necessarium non sit, & etiamsi iter unius diei constciant.

Non est euidens, quod consuetudo non comedendioua, & lacticinia in Qua-32. dragesima obliget.

33. Restitutio fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per qualcumque Elecmosynas, quas antea Beneficiarius de fructibus sui beneficij secerit.

34. In die Palmarum recitans officium Paschale, satisfacit pracepto.

35. Vnico officio potest quis satisfacere duplici præcepto pro die presenti, & crastino.

36. Regulares possunt in foro conscientiæ uti privilegiis suis, quæ sunt expressereuocata per Concilium Tridentinum.

Indulgentiæ concessæ Regularibus, & reuocatæ à Paulo V. hodie sunt revalidatæ.

38. Mandatum Tridentini factum Sacerdoti facrificanti ex necessirate cum poscato mortali, confitendi quamprimum, est confilium, non præceptum.

39. Illa particula quamprimum intelligitur, cum Sacerdos suo rempore constituti

tur. 40. Est probabilis opinio, quæ dicit, esse tantum veniale osculum habitumob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, secluso periculo consensus ulterioris, & pollutionis.

41. Non est obligandus concubinarius ad ejiciendam concubinam, si hae nimis

utilis effet ad oblectamentum concubinarij, vulgo regalo, dum deficiente illo, nimis ægre ageret vitam, & aliæ epulæ tædio magno concubinarium afficerent; & alia famula nimis difficile inueniretur.

42. Licitum est mutuanti aliquid ultra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus.

43. Annuum legatum pro Animarelictum, non durat plus quam per decem annos.
44. Quoad forum conscientia, Reo correcto, ejusque contumacia cessante, cessante census.

45. Libri prohibiti donec expurgentur, possunt retineri, usque dum adhibita dili-

gentia corrigantur.

Quibus mature pensatis, idem Sanctissimus statuit, ac desrevit, prædictas Propositiones, & unamquamque ipsarum, ut minimum tanquam seandalosas esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, ac prohibet: Ita ut quicumque illas, aut conjunctim, aut diussim docuerit, desenderit, ediderit, aut de eis etiam disputative, publice, aut privatim tractauerit, nisi forsan impugnando, ipso sacto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præter quam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate sulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontisce, absolui.

Insuper districte in virtute sanctæ obedientie, & sub interminatione Diuini Iudicij prohibet omnibus Christi sidelibus cujuscumque conditionis, dignitatis, ac status, etiam speciali, & specialissima nota degnis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum

ad praxim deducant.

Ioannes Lupus Sancta Romana, & Vniuersalis Inquisitionis Not.

Loco † figilli.

Anno à Nativitate D. N. IESV Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto, Indictione quarta, die verò 23. mensis Martij, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, D. N. D. Alexandri, diuina Providentia Papæ VII. anno undecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum suit ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in alijs locis solitis, & consuetis Vrbis per me Carolum Melanum ejusdem Sanctiss. D. N. Papæ, & Sanctissime Inquisitionis Cursorem.

ROMÆ, Ex Typographia Reuerenda Camera Apostolica. 1666.

LXXXIX.

DECRETVM

Saeræ Congregationis Eminentissimorum, ac Reuerendissimorum DD. S. R. E. Cardinalium à Sanctiss. D. N. ALEXANDRO Papa VII. Sanctaque Sede
Apost. ad Indicem Librorum, eorumdemque permissionem, prohibitionem, expurgationem, & impressionem in vniuersa Republica
Christiana specialiter deputatorum ubique publicandum.

SACRÆ Indicis Congregationis deereto damnati, prohibiti, ac respective suspensis fuerunt infrascripti omnes Libri, vbicumque & quocumque Idiomate impressi, imprimendiue. Nemo cujuscumque gradus, & conditionis eos imposterum, vel imprimat, vel legat, vel retineat. Si quis interim habuerit inquisitoribus, seu locorum ordinaris à presentis Deereti notitia tradat sub pænis in Indice Librorum prohibitorum contentis.

LIBRI SVNT.

A Lberto Magno (sie falso inscribitur quidam Libellus) diviso in trè Libri.

Anonymi cujusdam Liber, inscriptus, Theologia Moralis Iesuitarum.

Amadei

Amadæi Guimenij Lomarentis Opusculum, Singularia Vniuerte fere Theologie Moralis complectens, aduersus quorumdam Expostulationes contra nonnullas lesu-

L'Atcifta Conuinto dalle sole ragioni dell' Abbate Filippo Maria Bonini. Le bon Vsage de l'Eucharistie, ou la vraye, & sainte pratique du Mystere du Sagre.

ment de la Cene de I. C. N. par Iean de Labadie.

D. Curradi Dieterici Institutiones Cathocherica.

Dialogi Istorici, ouero Compendio Istorico dell'Italia, e dello Stato preiente de Principi, e Republiche Italiane dell' Accademico Incognito. Prima Parte, Secondace

Disputatio de Ministrando Baptismo humanis feetibus Abortiuorum a P.Hierony. mo, Florentino, &c. Non permittitur, nili correcta iuxta ultimam impresionem Iuterij. pographia Hyacinthi Pacij.

Folium quoddam, cum hac inscriptione, Propositiones Belgio unito-Romana, ac Papa. les, incipiens; Peccatum non est Sacrificium Deo, &c.

Friderici Spanhemij Disserrationes Theologico Historice.

Leo Allarius Nimiæ temeritatis conuictus; fine Disputatio Apologetica de Enidenti Ecclesia Orientalis, & Occidentalis dissensu, quam Praside 10h. Henrico Honingero Sac. Th. D. publice Censure Academice subjicit Octo Cornelius Bremens,

Libelli quidam continentes particularem cultum B. Anne; & funt; Orazioni quotidiane da recitarsi in Honore delle noue grandezze di S. Anna. Prattico Ristretto delle deuotioni da farsi alla gloriosa S. Anna.

Rosario della gloriosa S. Anna.

Libelli quidam continentes Indulgentias, Gratias, Privilegia, &c. Confraterniais San Etissima Trinitatis de Redemptione Captinorum, & Beata Maria de Remedio

Breuissimo Compendio dell' Indulgenzie, Grazie, e priuilegij, & essenzioni concesse da' Sommi Pontefici all' Ordine della Santissima Trinità della Redenzione de

Breuissimo Sommario dell' Indulgentie, Grazie, e privilegij concessida' Sommi Por tefici all' Ordine della Santissima Trinità del Riscatto.

La Celeste Institutione del Sagro Ordine della Santissima Trinità della Redentione delli Schiaui, con li Privilegij, &c.

Compendio della Vita miracolosa de' Santi Gio. de Mara, e Felice Valelio, et. Con una breuissima dichiaratione delle sacre Indulgenzie.

Compendio delli Privilegij, Gratie, & Indulgentie da' Sommi Pontefici concellal'Ordine, & Archiconfraternità della Santissima Trinità del Riscatto, alla quale conita la Confraternità della Madonna del Rimedio.

Compendio memorabile dell'Institutione, approbatione, e progresso dell'Ordine della Santissima Trinità del Riscatto, e didue delle più Sante Constaternità.

Cempendio de gl' Obblighi, Indulgentie, Gratie, e Privilegii, che godono liftatelli, e sorelle della Compagnia Trinità del Riscatto.

La Saincte Confrerie du Redempteur; on le grand Tresor des Indulgences concedées par plusieurs Papes à la Confrerie de la Sainte Trinite ou Redemprion des Cap-

tifs, oc. Folium quoddam cum hac inscriptione : Breue Sommario delli Privilegij, e Indul-

genrie concesse da Innocenzo Terzo, &c. all' Ordine,& Archieonfratemità della Santissima Trinità del Riscatto, &c.

Premiere Apologie pour Monsseur de Labadie, & pour la justice de sa Declara-

In Vita D. Aurelij Augustini conscripta à P. Ioanne Rivio Ord. Eremitarum S. Ale gustini, deleantur illa verba, quæ sunt in fine §. secundi Libri Quarti fol. 519. Impresso nis Antuerpientis 1646. videlicet: Quibus dum similia, &c. usque ad illa verba: Di Enchividio ista sufficiant.

In quorum fidem manu, & Sigillo Eminentissimi Domini Cardinalis Gipotti Episcopi Sabinen. supradictæ Sac. Congregationis Prætecti presens decreum 301

fignatum, & munitum fuit. ROMÆ in Palatio Apostolico Quirinali die 10. Aprilus 1666.

M. Card. Ginettus.

Locot figilli.

Fr. Vincentius Fanus Ord. Pred. Sac. Congreg. Secr.

Anno à Nativitate D.N. IESV Christi 1666. Indictione quarta, die verò 10. mensis Aprilis, Pontificatus autem Sanctiff. in Christo Patris, & D.N.D. Alexandri, divina Providentia Papæ VII. anno cius vndecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellatiæ Apostolicæ, ac in acie Campi Flora, ac in alijs locis solitis, & consuetis Vrbis per me Carolum Melanum Sanctiff. D. N. Papæ Curforem.

Hilarius Centellus Curforum Mag.

ROME, Ex Typographia Reuerenda Camera Apostolica. 1666.

Minuted X C. tamp it Janhar Inv.

SANCTÆ INQVISITIONIS

Feria v. Die 15. Iulij 1666.

PRODITT mensibus elapsis libellus quidam idiomate Gallico impressus absque nomine auctoris, & sinc loco impressionis, cui rivulus: Recit de ce qui s'est passé au Parlement au sujet de la Bulle de nostre Saintet Pere le Pape Alexandre V II. contre les Censures de Sorbonne. Cumque Sanctiff. D.N. Alexandro prædicto, ac Eminentiffimis, & Reuerendissimis DD. Cardinalibus supremis, & generalibus Inquissioribus in rota Republica Christiana innotuerit libellum prædictum falsitatibus, & erroribus vndequaque esse refertum, Auctoremque omnia suo capite componere, contineréque propositiones erroneas, & scandalosas, Sanctissimo Domino Nostro, & Sancta Sedis auctoritati iniuriofas. Sanctitas sua huic malo occurrere volens, quod in perniciem Reipublicæ Christianæ verti posset. Auditis votis Eminentissimorum supradictorum mandauit, arque decreuit, libellum prædictum omnino prohiberi, prout præsenti decreto damnar, & prohibet, ac sub ponis in Indice librorum prohibitorum contentis decernit, ne quis libellum prædictum apud se retinere, legere, vel quocumque idiomate imprimere, vel imprimi facere audeat, sed eumdem libellum, vel locorum Ordinarijs, vel hæreticæ prauitatis Inquisitoribus, statim tradere, & consignaro

Ioannes Lupus Sancta Romana, & Vniuerfalis Inquificionis Not.

diligiti suoch Confi wies nome of Andere Par Aco & Lapide

eluciales vois com quibes fait neven impression.

Anno à Nativitate D.N. IESV Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto, Indictione quarta, die verd 20. mensis Augusti, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D.N.D. Alexandri diuina Providentia Papa VII. anno duodecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum suit ad valuas Basilice Principis Apostolorum, Cancellaria Apostolica, ac in acie Campi Flora, ac in alijs locis solitis, & consuetis Vrbis per me Carolum Melanum eiusdem Sanctiff. D. N. Papæ, & San-Aissima Inquisitionis Cursorem.

ROMA, Ex Typographia Renerenda Camera Apostolica. 1666.

-SANGE Dec cour proporte per une Commenter V desal DECRE-



XCI.

DECRETVM.

Sacra Congregationis Eminentissimorum, & Reuerendissimorum DD. S.R.E. Cardnalium à Sanctiss. D. N. ALEXANDRO Papa VII. Sanctaque Stele Apostolica ad Indicem Librorum, eorumdemque permissionem, prohibitionem, expurgationem, impressionem in universa Republica Christiana specialiter deputatorum vbique publicandum.

CACRA Indicis Congregationis decreto damnati, & prohibiti, ac respedite for Pensi fuerunt infrascripti omnes libri vbicunque, & quocunque idiomate impressi imprimendiue. Nemo cuiuscumque gradus, & conditionis, eos in posterum, velimprimat, vei legat, vel retineat. Si quis interim habuerit Inquifitoribus, seu locorum Ordinarijs à præsentis Decreti notitia tradat sub pænis in Indice Libtorum prohibitorum contentis.

LIBRI SVNT.

STRONOMIÆ Microcosmicæ systema novum; cum annexo opusculo cuimitulus A est. In Euersionem scholasticæ Medicinæ, Exercitationum paradoxicaum Decas; Auctore Sebastiano Barcolo Parthenopxo.

Familiare Caltigo Apologetico sul discorso Geneologico, de. dedicato alla Venit, da Latino Volgari.

Epistola quadam Gallice conscripta quarum titulus est.

L'Heresie Imaginaire.

P. Hippolyti Marracij opera sequentia.

Alloquutiones Pacificæ pro Immaculata Conceptione.

Excusatio pro Libello prænotato, sides Caietana, ac proopere inscripto, Caietanus Triumphatus, ac Triumphator in Controuersia Conceptionis Beatissima Virginis

Magister à discipulo edoctus in causa Conceptionis Beat ssima Virginis Maria. Meditamenta circa Bullam Alexandrinam, in fauorem Deipara Virginis aboriginali peccato præseruatæ editam.

L'Homme irreprochable en sa Conversation divisé en trois parties, en chaeune desquelles est traitée la maniere de parler, &c. Par Charles Bonnefille Bailelle et

Homo Politicus, hoc est Confiliarius nouus, &c. Auctore Pacifico à Lapide. Mater Honorificata, sue de laudibus, excellentijs, & prærogatiuis Diur Annesopt-

ra, & studio R. P. Ioannis Thoma à Sancto Cyrillo; donec corrigatur. Noua Concordia Prædestinationis cum libertate humana, Auctore Fratre Gregorio deSebenico.

Paradiso Catolico per l'anime deuote.

Vniueriæ Historiæ, cum Sacræ, tum Prophanæ idea odio & opera Ioannis Bunonis.

Folia quadam partim Gallice, partim Latine edita quorum ituli funt.

De Elogio primo, ac præcipuo doctrinæ Angelici doctoris Sancti Thoma Aquina tis occasione pertinentis cuiusdam impertinentis, &c.

Propositiones Belgio vnito Romanæ, ac Papales, literum prohibetur hoc folium cum

elucidationibus cum quibus fuit iterum impressum.

Scalæ Iacob Virginibus Deo cum proposito perpetuæ Continentiæ, of a R.D. Ioanne Linderbon &c. applicatæ SS.T.Doct. Abrahamo Matzio, &c. approbatæ. cultate Ioannis Episcopi Cartoriensis, &c. impressa, Flosculi Electiores.

Mandement de Monseigneur l'Euesque & Comte d'Alet sur la signature du Formulaire

Mandement de Monseigneur l'Euesque & Comte de Beauvais, Vidame de Gerberoi Pair de France, sur la Signature du Formulaire.

Mandement de Monseigneur l'Euesque d'Angers sur la Signature du Formulaire. Mandement de Monseigneur l'Euesque de Pamiers sur la Signature du Formu-

Memoire sur la Cause des Euesques qui ont distinguè le fait du droit.

Second memoire contenant la response aux raisons Politiques que le Pere Annat allégue pour porter à poursuiure les Euesques qui ont distingue le fait, & le droit.

Troisieme Memoire contenant les ressections sur le Memoire presente de la part de sa Maiesté à ceux qu'elle a faict consulter touchant l'affaire des Mandements.

Quatrieme Memoire sur l'iniquite. & les pernicieuses consequences de la conduite que les Iesuites inspirent au Pape, pour tourmenter les Eucsques qui ont distingue lo

Cinquieme Memoire sur le droit qu'ont les Euesques de n'estre iugez que par douze Euesques de leur Province, Maintenu par l'Assemblée generale du Clergè de France de l'année 1650. & confirme par la declaration du Roy de 1663. sur les articles de Sorbonne verifiez dans tous les Parlements.

In quorum fidem manu, & figillo Eminentissimi, & Reuerendissimi DD. Cardinalis Ginetti Episcopi Portuen. supradicta Sacra Congregationis Prafecti, prasens Decretum fignatum, & munitum fuit. Roma, in Palatio Apostolico Quirinali, 18. Ianuarij, 1667.

M. Episcop. Portuensis Card. Ginettus Prafectus.

Loco † Sigilli.

Fr. Vincentius Fanus Ord. Prad. Sac. Congreg. Secr.

Anno à Natiuitate D.N.IESV Christi 1667. Indictione quinta, die verò 18. mensis 12nuarij, Pontificatus autem Sanctifs.in Christo Patris, & D. N.D. Alexandri, diuina Prouidentia Papæ VII.anno eius Duodecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Basilice Principis Apostolorum, Cancellarie Apostolica, ac in acie Campi Floræ, ac in alijs locis solitis, & consuetis Vrbis per me Franciscum Perinum Sanctifs. D. N. Papæ Curf.

Petrus Paulus Desiderius Curs. Mag.

ROMÆ Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ. 1667.

ROROTECEROTECAROTECAROTECAROTECAROTECAROTECAROTECAROTECAROTECAROTECAROTECAROTECAROTECAROTECAROTECAROTE

SANCTÆ INQVISITIONIS.

Feria V. Die s. Maij 1667.

SANCTISSIMUS D. N. Alexander Papa VII. cum acceperit non fine graui animi meerore Scholasticos quosdam acrius, nee absque fidelium scandalo inter se contendere, an illa Attritio, que concipitur ex metu Gehenne, excludens voluntasem peccandi cum spe venia ad impetrandam gratiam, in Sacramento Pænitentia, requirat insuper aliquem actum dilectionis Dei, asserentibus quibusdam, negantibus alijs, & inuicem aduersam sententiam censurantibus, Sanctitas Sua enixè cupiens pacis vinculum inter fideles servari, omnemque scissuræ fomitem extingui, auditis votis Eminentissimorum, & Reuerendiffimorum DD. Cardinalium adversus hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum,necnon DD. Consultorum, & Qualificatorum Sac. Congregationis eiusdem Generalis Inquisitionis; Hoc præsenti Decreto in virture sanctæ obedientiæ, & sub pæna

excommu-

